This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/



STANFORD UNIVERSITY LIBRARIES

MONUMENTA BOICA.

VOLUMEN DECIMUMSEXTUM.

EDIDIT

ACADEMIA SCIENTIARUM BOICA.



MONACHII,

Anton Franz, Typograph. Aul. & Academ. 1795.

v. 16

PRAEFATIO.

Ecce tibi, Lector optime! Monumentorum noſtrorum Volumen XVI[tum] priorum ſimillimum, quae vnde accepta fuerint, quorum Beneficiis debeantur, quidue Boni ferant, ad ſingula non ſine grata Eorum memoriæ monuimus.

Neque tamen Operi huic, vaſto licet, Vigiliarum, Sumtuumque pleno, finem inpoſitum credas. Reſtat larga Chartarum veterum ſeges, quae vel in quibusdam Coenobiis adhuc deliteſcunt, vel inde ad alias, utinam aeque promtas & liberales Manus, quocumque demum fato, devolutae fuerunt. Non deerunt certe, ita pie ominamur, Operarii, modo illis falcem in hanc Meſsem mittere permittatur.

Quodſi tandem litterarias ſingulorum Coenobiorum opes exhauriri aliquando contigerit; ſuperſunt enimvero Civitatum, oppidorum, & avitae Nobilitatis boicae Tabularia, e quibus grande Spicilegium exſpectari valet.

Inter haec omnia univerſae Germaniae, immo totius, qua patet, Europae Votis toties, publiceque repetitis exoptandum, ut boicarum Eccleſiarum Principes Epiſcopi, eorumque cathedralia Capitula, exorari

ſe

ſe tandem ſinant, & Archivia ſua recludant, vetuſtisſimas inde à Saeculo VIII. & ſequentibus Membranas Tineis, Blattis, Pulverum Sordibus, fortuito Fulmini, aut ultricibus flammis eripiant, &, quod olim *Uniuerſis praeſentibus, atque futuris* tam provide inſcriptum fuerat, publico Bono ne porro invidere velint.

Quam vanum, immo puerile terriculamentum non nullos faſcinet, qui Focis ſuis ex hujusmodi documentorum editione metuunt, Aequalium & Subparium Exemplo dudum edoceri poterant.

Ecquod enim Detrimenti principalibus *Friſingenſi* & *Brixinenſi* Eccleſiis accidit; ex quo *Meichelbekiis* atque *Reſchiis* integra pene earum Archivia cum orbe univerſo communicare permiſsum fuit? Nunquid omnis Europa Operibus iſtis adplauſit?

Modo

lo hactenus poſsederint, quod antea ignorabant, nec deinceps ignorare poterunt, poſtquam Preli indulgentia Tenebris erepta, & perpetuo conſervata, immo multiplicata fuerint Inſtrumenta, quorum Authographum ſolitarium rapax flamma, aut Sors quaepiam Siniſtra aliquando abſtulerit.

Quanto autem melius ſibi conſulent, ſi hujuscemodi vitiligiis prius occurrere, in Theſauros ſuos ultro inquirere, eosdem pandere, hacque ſapienti ratione cavere velint, ne unquam inpugnari valeant, ſed quiete poſſidere pergant: Idquod non noſtro utique, neque ſolius *Publici*, ſed Ipſorum & cumprimis bono ex animo precamur.

Dabamus Monachii MDCCXCV.

CON-

CONTINENTUR HOC VOLUMINE.

Monumenta S. Crucis Werdenſia — — pag. 1.

— — — Rohrenſia — — — — — 99.

— — — Schoenfeldenſia — — — — 259.

Collectanea hiſtorica — — — — — 533.

Synodus Auguſtana Anni MCCCCLII — 605.

MONUMENTA
S. CRUCIS WERDENSIA.

PRAEFATIO.

CONRADUS II. Imperator, *Salicus*, cum filio ſuo HENRICO tunc adhuc impuberi de digna Thori Socia circumſpiceret, *Werinharium* Argentoratenſem Epiſcopum circa Annum MXXVIII. vel quodam poſteriore Conſtantinopolin ad ROMANUM *Argyrum*, Orientis Imperio recens potitum ablegavit, ut filiam ejus, ex priore fors Vxore ante divortium, initumque cum ZOË Praedeceſſoris filia conjugium ſuſceptam, filio ſuo HENRICO deſponſandam ſollicitaret.

Socium Epiſcopo junxerat *Manegoldum* comitem, Kyburgi, Dilingae, Witislingae & Mangoldſteinii, ſeu Werdeae Dominum; cujus etſi *Wippo* a) mentionem non faciat, uti nec principem legationis cauſſam expreſſit: fi-

dem tamen faciunt LEO Papa IX. b) & *Bertholdus*, coenobii hujus ſecundus Abbas, cujus narrationem pro deperdita habitam OEFELIUS noſter c) in lucem produxit.

Conſtat ex utroque, *Manegoldum* comitem inſignem S. Crucis portionem ab Imperatore C. P. dono acceptam ſecum reportaſſe Werdeam, ejusque perpetuae venerationi & cultui publico Eccleſiam in Caſtro ſuo *Mangoldſtein* pro ſacratis Deo Virginibus, nulli tunc Regulae adſtrictis ſub Magiſtra *Irmentrude* Sorore ſua fundaſſe, quam LEO IX. a Synodo moguntina Anno MXLIX. reverſus conſecravit, fundatorisque filiam *Gunderadam* impoſito ſacro velamine primam ſub Regula S. Benedicti Abbatiſſam conſtituit.

Succeſſit eidem hoc in munere *Gunderada II. Hartmanni* Comitis Dilingenſis filia, poſt cujus obitum Sanctimonialibus numero & religione decreſcentibus, *Manegoldus IV.* fundatoris Nepos apud PASCALEM II. impetravit, ut fæminis *Liezhemium* translatis Monachi ſubſtituerentur, quos GEBEHARDUS Conſtantienſis Epiſcopus, negotio ſibi a Papa credito e S. Blaſii in ſilva Hercynia accerſivit, primumque Abbatem Theodoricum cum quinque Sacerdotibus & ſex Fratribus converſis præfecit.

Flo-

Floruit deinceps Cœnobium iſtud, eidemque ſenſim Civitas adcrevit, Imperialibus quondam accenſita, cujus fata notiora ſunt, quam ut hoc loco memorentur. Numeravit quoque Viros praeclaros, Praeſules inſignes hodieque ſub *Cœleſtino* conſpicua incrementa cepit, qui Aedificia ornat, Bibliothecam copioſa ſupellectili auget, & bonis litteris impenſe favet, quibus coenobitae eruditiſſimi ſtudioſam juventutem, civicam praeſertim & vicinam liberaliter imbuunt, nulla mercede conducti, imo

Invitant pretiis animos, & Proemia ponunt.

Oſtenditur in loco capitulari antiquo Mauſolaeum MARIÆ Brabantinae, Conjugis innocuae LUDOVICI Bavar. Ducis & Electoris, ob ejus caedem dicti *Severi*, cujus Ectypon in adjecta Tabula damus.

Quæ nunc primum e Chartulario prodeunt Monumenta, ſubpeditavit jam Abbas Gallus p. M.; auxit autem, denuoque examinavit, & accuratiſſima cura & induſtria ſcribi fecit P. R. modernus Abbas Caeleſtinus, inter operis noſtri Promotores juſto Elogio notandus, cui proſperum ævum Superi largiantur!

a) In vita Conradi Salici apud PISTORIUM *Scriptor. Rerum german. Tom. III. p.* 471. *nova Edit.*

b) c) *Scriptor. Rer. boicar. Tom. I. p.* 332.

SERIES

SERIES RR. DD. ABBATUM.

I. Dietricus ab An. 1101. † circa 1172.
II. Bertholdus † 1178.
III. Eberhardus † 1200.
IV. Berchtoldus II. † 1209.
V. Henricus Adelgoſus, ſeu Adelgays † 1221.
VI. Conradus I. † 1235.
VII. Henricus II. † 1248.
VIII. Giſelbertus † 1253.
IX. Fridericus † 1272.
X. Henricus III. Kieſer † 1295.
XI. Conradus II. † 1313.
XII. Vdalricus de Raitenbuch † 1333.
XIII. Conradus III. Wigenwag † 1346.
XIV. Vdalricus II. Gundram. † 1369.
XV. Albertus Ezinger † 1376.
XVI. Guilielmus Waller † 1383.
XVII. Vdalricus III. Meglin. † 1400.
XVIII. Johannes Hager reſignat. 1425. † 1432.
XIX. Joannes II. Sulzer an. 1425. reſign. 1439. † 1483.
XX. Henricus IV. Schmidlin, primus mitratus † 1457.
XXI. Conradus IV. Wegenwarth † 1466.
XXII. Joannes III. Streller † 1486.
XXIII. Bartholomæus Teggenſchmid † 1517.
XXIV. Franciſcus Reauer 1519. reſign.
XXV. Joannes IV. Lenner † 1523.

XXVI.

XXVI. Nicolaus Hayder † 1547.
XXVII. Thomas Roemer † 1550.
XXVIII. Stephanus Leutz † 1557.
XXIX. Benedictus Klocker reſign. 1581. † 1593.
XXX. Chriſtophorus Gerung. † 1602.
XXXI. Leonardus Hoermann. † 1621.
XXXII. Balthaſar Sutor. † 1631.
XXXIII. Conradus V. Ezel. † 1646.
XXXIV. Jacobus Jaeger † 1646.
XXXV. Laurentius Wanner † 1648.
XXXVI. Conradus VI. Schneid reſign. 1651.
XXXVII. Martinus Oeſele reſign. 1656. † 1657.
Conradus VI. iterum. † 1663.
XXXVIII. Romanus † 1669.
XXXIX. Andreas Hausmann † 1688.
XL. Gregorius Roet inger. reſign 1691. † 1719.
XLI. Amandus Roels † 1748.
XLII. Coeleſtinus Hegenauer † 1776.
XLIII. Gallus Hamerl † 1793.
XLIV. COELESTINUS II. Koenigsdorfer.

COM-

COMMENDATORES

Domus Teutonicae, Danubio-Werdeae

ab anno 1332 — 1788.

1. Frater Henricus de Ziplingen. 1345.
2. Wolfgangus de Nellenburg. 1346.
3. Henricus de Rindsmaul. 1348.
4. Berchtold de Stryberg vel Strittberg. 1374.
5. Weybrecht, der Neidt oder Rid genannt. 1384.
6. Wolfgang de Egolfſtein, vel Wolfram de Eglofſtein. 1393.
7. Wilhelm de Rottenberg vel Rottenburg. 1399.
8. Conradus de Schloegel. 1405.
9. Joannes de Gumpenberg 1414 & 1421.
10. Conradus de Roth. 1418.
11. Eberhardus de Waldenfels. 1422.
12. Conradus de Seckendorf. 1435.
13. Vlricus vel Fridericus de Leutersheim. 1438.
14. Philippus de Helmſtaedt. 1442.
15. Wernherus de Neuhauſen. 1453.
16. Wilhelmus de Wernau vel Werdenau. 1456.
17. Philippus Mauchenheim, dictus Bechtolsheim. 1460.
18. Dietricus de Stein. 1476.
19. Reinhardus de Neuberg 1478.
20. Joannes de Finſterlohe. 1484.
21. Georg Sigmund de Guttenberg. 1490.
22. Martinus Stoſſer, Procurator & ord. teut. Presbyter. 1494.
23. Bertholdus de Sachſenheim. 1499.
24. Joannes Adelmann. 1503.

25.

25. Frater Wilhelmus de Helmſtaedt. 1517. Domus Lauterbach Werdeam translata, & huic incorporata fuit.
26. Eberhardus de Waldenfels. 1518.
27. Philippus de Helmſtein. 1525.
28. Wilhelmus de Neuhauſen. 1527.
29. Henricus de Pappenheim. 1530.
30. Martinus Dottenhamer, Trüßler. 1537.
31. Conradus Grundmüller, Trüßler. 1549.
32. Wilhelmus Lochinger. 1554.
33. Adamus de Klingenbach. 1558.
34. Balthaſar de Liechtenſtein. 1564.
35. Antonius de Dittelheim. 1566.
36. Philippus de Mauchenheim, dictus Berolzheimer. 1567.
37. Melchior de Therma vel Dermo 1568.
38. Michael de Obentraut. 1579.
39. Georg Chriſtoph. Merlin, dictus Boeheim. 1582.
40. Magnus de Horkheim. 1584.
41. Georg Sigismundus de Guttenberg. 1587.
42. Wilhelmus de Buebenhoven. 1588.
43. Münich Buſſeg. 1590.
44. Joannes Henricus de Rottenſtein. 1594.
45. Joannes Conradus Schutzler, vel Schutzber, dictus Mülchlin. 1595.
46. Joannes Wolfgang vel Wilhelm de Preyſing. 1596.
47. Chriſtophorus de Tachenred. 1602. Ejus coadjutores ſucceſſive
Henricus de Holdingen vel Hochaltingen.
Wilhelmus de Schwalbach, &
N. de Toering.

48. Frater Joannes Melchior Keller de Schlatt vel Schlaitheim. 1604.
49. Adamus de Klingenbach. 1604. Ejus coadjut. N. de Hundbiſs.
50. Wilhelmus de Buebenhoven, vt ſupra idem; obiit 1614.
51. Adamus de Wolkenſtein. 1629.
52. Joannes Fridericus de Knoering. 1661.
53. Franciſcus Ludolfus de Haunſperg. 1668.
54. Dominus Chriſtianus de Paar. 1671.
55. Anſelmus de Groſchlag, de & in Dyburg. 1677.
56. Joannes Franciſcus de & in Sandizell. 1688.
57. Erneſtus de Buſſeg. 1690.
58. N. de Aſſenburg. 1695.
59. Baro de Reinach. 1713.
60. de Hornſtein. 1717.
61. de Buttler. 1720.
62. Joannes Chriſtophorus de & in Lehrbach. 1724.
63. de Wildenſtein. 1732.
64. de Hochſtetten. 1742.
65. de Antlau. 1759.
66. Maximilian, Philippus, Conradus de Riedheim, adhuc 1794.

NB. Annus adſignatus denotat reſidentiae, non annum obitus. Ex chronico Mon. S. Crucis Werdeae, & Archivio domus hujatis commendatariae.

MONU-

MONUMENTA WERDENSIA. DIPLOMATARIUM MISCELLUM.

Num. I. Confirmatio monaſterii pontificia. Ann. 1049.

✝ Leo epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Gunderade dilecte in xpo filie a nobis ordinate & conſecrate abbatiſſe nouiter facto a patre tuo Manegoldo ſancte crucis monaſterio tibique ſucceſſuris perenniter abbatiſſis perpetuam in domino ſalutem. Sacre deuotionis labor quia ſemper diuino fauore iuuatur. Semper optato fine terminatur. Ideo filia, tui patris ampla in deum deuotio laudabilem fructum produxit. Cum proportione ſancte & viuifice crucis in qua dominus noſter ieſus chriſtus ſalus noſtra pependit. Decenter auro & gemmis Or-

 nata

nata tunc ab autocratore conſtantinopoleos nomine romanos dono data cum ad eum miſſus eſſet ab imperatore chuonrado ut filiam ſuam nuptum traderet eius filio. fundauit eccleſiam in petra que ex eius nomine dicitur Manegolſtein. Et bene in petra. quia non edificauit ſuper arenam, ut incumbentibus uentis uenientibus fluuiis. deſcententibus pluuiis. quod edificaſſet rueret, ſed firmiter fundatum perenniter permaneret. Ut uero uotum ſue conſtructionis deo ſolueret. ſecundum illum qui dixit uouete & reddite domino deo ueſtro omnes qui in circuitu eius affertis munera. nos a mogontina ſynodo romam uerſus redeuntes ad ipſum dei templum uenire, inuitauit. quod a nobis III NON. DEC. merito honore dedicatum ſic tandem iuri ſancte romane eccleſie & beatiſſimo petro apoſtolo prompto donauit & optulit animo. teque filiam ſuam quam iam deo in monaſtica conuerſatione & habitu ſacrauerat eidem rogauit a nobis fieri abbatiſſam loci. Id auſpice deo fecimus. attendentes in te quantum homini eſt poſſibile timorem dei. cordis conpunctionem. mentis humilitatem. morum grauitatem. in adoleſcentibus membris pretendentem iam ſenectutem. & conſtituentes eundem locum eſſe in perpetuum ancillarum dei monaſterium. ubi tu de te & ſororibus tuis prima deo primitias offeras religionis. merito caſtitatis omnisque bonitatis. Hac tamen ratione noſtre apoſtolice ſedi parens tuus eandem fecit oblationem. ut dum ipſe uiuit. ipſius loci aduocationem habeat. ſimiliter & poſt mortem ipſius quem nunc habet filius. qui ſi filius hæredem habuerit, ipſe quoque aduocatus ſit. Si uero uel ipſi manegoldo uel eius filiolo nemo filius ſuperſtes extiterit tunc liceat abbatiſſe ipſique congregationi aduocatum ſibi ſecundum deum eligere. petendum tamen ab apoſtolica ſede. Lex uero omnium aduocatorum poſt Manegoldum talis erit. ut

ut quisquis eorum digne non adminiſtrauerit ſue aduocationis offitium. liceat abbatiſſe ipſique congregationi de eo apud papam conqueri. Qui ſi vocatus ab eo fuerit. & monaſterio ſatisfecerit. advocationem ſuam retineat. Quod ſi uenire diſtulerit. aut ſi uenerit & non ſatisfecerit. tunc liceat abbatiſſe ipſique congregationi ex conſenſu pape talem ſibi aduocatum eligere. qui ſecundum deum ſit. Poſt obitum uero tuum de ipſa congregatione que melior ſit eligatur. ſi idonea inuenta fuerit. eaque donum & conſecrationem abbatie a papa recipiat. Alioquin de alia congregatione idonea eligatur. a papa ſimiliter donanda & conſecranda. Decernimus preterea ut in altare maiori quod nos ipſi conſecrauimus nullus audeat miſſam celebrare. niſi ſit epiſcopus vel abbas. tresque ſacerdotes ebdomedarii. ad hoc offitium deputati. eorumque ſucceſſores. Epiſcopus quoque in cuius parochia locus eſt nihil ſibi in eo uendicare audeat. preter ordinationem facere clericorum & monialium. ſi tamen gratis fecerit. Sin autem ordinationes expetant ab alio quocunque uelint epiſcopo. Ut uero locus ipſe in quadrageſimali tempore ſoluat pape annuam penſionem ſtatuit idem manegoldus penſionem ipſam eſſe anagolagium. id eſt ſanonem ſtolam cum auro. manipulum & cingulum. Nos uero quia locus ipſe conditus eſt propter eam que ſupra dicta eſt ſancte & uiuifice crucis portionem eandem inibi ſemper manere uolumus. cupimus. optamus. & a nemine auferri. ſtatuentes apoſtolica cenſura ſub diuini iuditii obteſtatione. ut nullus imperator nullus rex. nullus epiſcopus. nulla poteſtas. nulla preterea magna paruaque perſona eandem viuifici ligni portionem ab ipſo monaſterio audeat auferre quolibet modo. uel aliquid facere. contra omnia que ſuperius ſcripta ſunt. ſed nec etiam aliquid diminuere de bonis eiusdem monaſterii. que mo-

do

do habet. & usque in eternum habebit. quolibet furto, quolibet raptu quolibet alienationis modo. Id quicunque preſumpſerit. donec digne ſatis fecerit. anathema ſit. qui uero pio intuitu cuſtos & obſeruator huius noſtri privilegii extiterit. a domino deo benedicator. & eternae uitae particeps efficiatur ✠

DAT. IIJ NON. DECEMB. Per manus petri diaconi bibliothecarii & cancellarii ſanćte apoſtolice ſedis. Anno domini leonis VIIII pape I. Indićtione IIJ.





Num II. Mutatio Parthenonis in coenobium virorum apoſtol. aućtoritate fa&ta. Ann. 1136.

Innocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dilećto in Chriſto filio DIETRICO Abbati Monasterii Sanćtae Crucis de Wörda, eiusque ſucceſoribus regulariter Subſtituendis INPPM. Quemadmodum ex gestis praedeceſsoris noſtri, ſanćtae memoriae, LEONIS noni Papae didicimus nobilis quondam uir Mangoldus de Wörda deuotionis intuitu Monasterium in Castro ſuo conſtruxit, quod beato Petro Apoſtolorum principi offerens, fecit in honore

nore ſanctae ac uiuificae Crucis per manus eiusdem Romani Pontificis conſecrari, ſanctimoniales fœminas ibidem DEO ſeruituras inſtituit. Factum eſt autem ut eodem Cœnobio per operam prauorum hominum diruto atque deſtructo, alter Mangoldus iam dicti nobilis uiri filius, ab Apoſtolica ſede obtinuit, ut ſibi licentia præberetur idem Monaſterium ad alia loca tranſferre, ac per hoc iuxta ipſum Caſtrum in planicie terræ fundauit Eccleſiam, ſanctimoniales ibi ad Dei Seruitium deputauit. Quibus utique tam religione quam numero decreſcentibus, Tertius Manegoldus praedeceſsorem noſtrum egregiae recordationis PASCHALEM Papam humiliter adiit, ut amotis Sanctimonialibus, in eodem loco Monachi ponerentur expetiit. Cuius petitioni idem Romanus Pontifex benigne conſenſit. Et Gebhardo quodam Conſtantienſi Epiſcopo, tunc Apostolicae Sedis Legato per ſua ſcripta mandauit, ut uidelicet de Cella S. Blasii Monachi aſſumerentur. Et in eodem Monasterio ponerentur. Quod cum prefatus Epiſcopus impleuiſset idem locus tam in temporalibus quam in ſpiritualibus, DEO gratias, est plurimum augmentatus. Quia igitur dilecte in Domino fili Dietrice Abbas a nobis humiliter postulaſti ut idem Coenobium, cui DEO auctore Praesides Apoſtolicae ſedis priuilegio muniremus, Nos quorum praecipue intereſt, loca quae ad Ius ſancte Romanae Ecclesiae pertinent diligere Et fouere, interuentu dilecti filii noſtri quarti Manegoldi illustris uiri, tuis desiderijs benignitate debita duximus annuendum. Per praesentis itaque priuilegii paginam Apostolica auctoritate statuimus, ut idem Coenobium ab ipsis Fundatoribus Beato PETRO oblatum, perpetuis temporibus sub ſanctae Romanae Ecclesiae tutela consistat, & ordo Monasticus qui ſecundum Beati Benedicti regulam, per iam dictum Praedeceſsorem noſtrum ibidem noſcitur institutus absque

ſexus

ſexus uarietate ſeu mutatione in eodem loco irrefragabiliter obſeruetur. Prohibemus etiam ut Dioeceſanus Epiſcopus in eodem loco nihil ſibi audeat uendicare, exceptis conſecrationibus altarium uel Eccleſiarum, Ordinationibus Monachorum ſeu Clericorum, Si tamen hæc ipsa uobis gratis & ſine exactione uel prauitate exhibere uoluerit. Alioquin quemcunque malueritis Catholicum adeatis Antiſtitem, ab eodem ea quæ ad ſpiritualia pertinent ſuſcepturi. Sepulturam quoque ipsius loci liberam fore decernimus, ut uidelicet eorum qui ſe illic ſepeliri deliberauerint, deuotioni ac ſupremæ uoluntati, nisi forte excommunicati ſint, nullus obsiſtat, ſalua nimirum iuſtitia matricis Eccleſiæ. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat portionem ligni uiuificae Crucis quæ in eodem loco recondita eſse creditur pro cuius honore ueſtrum Coenobium factum eſt exinde amouere, uel quidquam ex his quae iam dictus Praedeceſsor noſter LEO nonus eidem firmauit Eccleſiae, quaeue in præſentiarum canonice poſſidetis, aut in futurum conceſsione Pontificum, Largitione Imperatorum uel Principum, oblatione fidelium ſeu alijs iuſtis modis, præſtante Domino, poteritis adipiſci, firma uobis in perpetuum & illibata ſeruentur. Ad indicium autem quod Monaſterium ueſtrum iuris ſit Beati PETRI, unum aureum ſingulis annis nobis noſtris que ſucceſsoribus persoluatis. Si qua igitur in poſterum Ecclesiaſtica ſecularisue persona hanc noſtram conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere uenire tentauerit, ſecundo tertioue commonita ſi non reatum ſuum congrua satisfactione correxerit, poteſtatis honorisque sui dignitate careat, reaque ſe diuino Iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſsimo Corpore & ſanguine DEI domini noſtri IESV Chriſti aliena ſiat, atque in extremo examine diſtrictae ultioni ſubiaceat. Cun-


ctis

ctis autem eidem loco ſua Iura ſeruantibus ſit pax domini noſtri IESV Chriſti. Quatenus Et hic fructum bonae actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem proemia aeternae pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.



Ego Innocentius catholicae Ecclesiae Epiſcopus ſs. I

Ego Willhelmus Preneſtinus Epiſcopus ſs.



Ego Gerardus P̄ſbyter Cardinalis t. t. ſanctae crucis in Hieruſalem.

Data Piſis per manus Aimerici, Sanctae Romanae Eccleſiae Diaconi Card. & Cancell. xiij Kl. Julij Indictione xiii. Incarnationis dominicæ Anno M. C. XXXVI. Pontificatus Domini Innocentij PP II. Anno. VI°.

Num. III. Protectorium pontificium Anno 1194.

Celeſtinus Epiſcopus Seruus Seruorum DEI, Dilectis filiis Euerado Abbati Monaſterij ſanctae Crucis in Wörda, eiusdemque fratribus tam praesentibus quam futuris regularem uitam profeſsis In PP. M. ſuſcepti regiminis adminiſtratione compellimur pro Eccleſiarum ſtatu ſatagere, Et ne poſsint aliquorum indebitis moleſtationibus fatigarj, eas Apoſtolicae ſedis pa-

trocinio communire. Ea propter dilecti in Domino filij, ueſtris iustis postulationibus clementer annuimus, & præfatum Monaſterium ſanctae crucis, in quo diuino mancipati estis obsequio, quod ad ius Et proprietatem beati Petri pertinere dinoſcitur ad exemplar foelicis recordationis INNOCENTII Papae Praedeceſsoris noſtri, ſub eiusdem Apoſtolorum Principis & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus. Inprimis ſiquidem statuentes, ut ordo Monasticus, qui ſecundum DEVM Et beati Benedicti Regulam in Monaſterio ueſtro inſtitutus eſse dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Præterea quascunque poſseſsiones, quaecunque bona eadem Ecclesia in Praeſentiarum rationabiliter poſsidet, aut in futurum conceſsione Pontificum largitione Regum uel Principum, oblatione fidelium, ſeu alijs iustis modis DEO propitio poterit adipiſci, firma uobis ueſtris que ſucceſsoribus & illibata permaneat. In quibus haec propriis duximus exprimenda uocabulis. Locum ipsum in quo praefatum Monaterium situm est, cum Ortis, Pratis, Nemoribus, Mansis, & omnibus alijs pertinentijs ſuis. Decimationes Cenouialis curiae uestrae, et Decimationes Noualis quod dicitur. Wicharfruth ſicut ea iuste ac ſine controuersia poſſidetis uobis & per uos Ecclesiae uestrae auctoritate Apostolica confirmamus. Sane noualium uestrorum quae propriis manibus ac sumptibus colitis, ſiue de nutrimentis animalium uestrorum nullus a nobis decimas exigere uel extorquere praeſumat. Liceat quoque nobis Clericos uel laicos, liberos & absolutos e ſæculo fugientes ad conuersionem recipere, & eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum uestrorum post factam, in uestro Monaſterio profeſsionem fas sit de eodem loco absque Abbatis ſui licentia nisi arctioris religionis obtentu diſcedere, diſcedentem uero absque communium literarum licentia & cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale inter dictum terrae fuerit, liceat uobis clausis Ianuis exclusis excommunicatis & interdictis non pulſatis Campanis subpreſsa uoce diuina officia celebrare. Inhibemus ad haec ut infra fines territorij Monaſterij uestri, nullus sine aſsenſu Dioecesani Epiſcopi, & uestro: Capellam seu Oratorium de nouo conſtruere audeat. Saluis priuilegiis Romanorum pontificum. Ad hæc nouas & indebi-

debitas exactiones, ab Archiepiſcopis. Epiſcopis, Archidiaconis, ſeu Decanis, aliis que omnibus Ecclesiasticis ſecularisue personis, omnino fieri prohibemus. Crisma uero, oleum ſanctum, conſecrationes Altarium, seu Basilicarum, Ordinationes Monachorum seu Clericorum uestrorum, qui ad ſacros ordines fuerint promouendi, a Dioecesano ſuſcipietis Episcopo, siquidem catholicus fuerit, & gratiam atque communionem Apostolicæ ſedis habuerit, & ea gratis & absque prauitate & exactione aliqua uobis uoluerit exhibere: Alioquin liceat uobis quemcunque malueritis adire Antistitem gratiam & communione Apoſtolicæ Sedis habentem, qui nostra fultus authoritate uobis quod postulatur impendat. Præterea Libertates & immunitates antiquas & rationabiles conſuetudines Ecclesiae uestrae conceſsas & hactenus obseruatas, ratas habemus, & eas perpetuis temporibus illibatas permanere ſancimus. Sepulturam quoque Loci ipſius liberam esse decernimus, ut eorum deuotioni & extemae uoluntati, qui ſe illic sepelliri deliberauerint, niſi forte excomunicati uel interdicti fuerint, nullus obſistat ſalua tamen illarum Iustitia, illarum Eccleſiarum a quibus mortuorum corpora aſsumuntur. Obeunte uero te nunc eiusdem loci Abbate, uel tuorum quolibet ſuccesſorum, nullus ili qualibet ſurreptionis astutia ſeu uiolentia præponatur, niſi quem fratres communi aſsenſu, uel fratrum pars conſilij sanioris ſecundum DEI timorem, & beati Benedicti Regulam prouiderint eligendum. Paci quoque & tranquilitati uestræ paterna in posterum solicitudine prouidere uolentes. Sub interminatione Anathematis authoritate Apoſtolica inhibemus, ut intra clausuras locorum uestrorum nullus rapinam facere ſeu furtum comittere, ignem apponere, homines temere capere uel interficere, ſeu aliquam uiolentiam audeat exercere. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monaſterium temere perturbare, aut eius poſsesſiones auferre, uel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet uexationibus fatigare, ſed omnia integra conseruentur, eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione pia Liberalitate concesſa sunt, usibus omnimodis profutura. Salua Sedis Apostolicae authoritate. Ad indicium autem huius a Sede Apostolica perceptae libertatis, unum aureum nobis nostrisque Succeſsoribus annis singulis persoluetis. Siqua igitur

in futurum Eccleſiaſtica Saecularisue perſona, hanc noſtrae conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere uenire temptauerit. ſecundo tertio ue commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfatione correxerit, poteſtatis honorisque ſui careat dignitate, reamque ſe diuino Iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat. Et a ſacratiſſimo corpore & ſanguine DEI & Domini redemptoris noſtri IESU Chriſti aliena fiat, atque extremo examine diſtrictae ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem Loco ſua iura ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri IESU Chriſti. Quatenus & hic fructum bone actionis percipiant & apud diſtrictum Iudicem praemia aeternae pacis inueniant. Amen. Amen.



Ego Celeſtinus catholicae Ecclesiae eps



✝ Ego

✝ Ego Bandulfus Baſil. xii Aplorū pbr Card.

✝ Ego Petrus ſce Cecilie pbr card.

✝ Ego Iohannes tt ſci clemtiſ card. uit bielil et tuleam epſ

✝ Ego hug pbr card ſci Martini tt Equitii

✝ Ego Iohes tt. ſci Stephi in celiomonte pbr. card.

✝ Ego Soffreduſ tt. ſce Praxet pbr Card.

✝ Ego Bernardus Sci petri ad uincula pbr card tt Eudoxie

✝ Ego fidantiꝰ tt. sci Marcelli pbr card.

✝ Ego Iohes tt ſce Priſce pbr cardi.

✝ Ego albinus albanen Eps

✝ Ego Iohes Preneſtinus Eps

✝ Ego Petrus pormenſis ſci Rufini eps

✝ Ego Gregorius ſce Marie in Porticu diac Card

✝ Ego Petrus ſce Marie In uia Lata Diac. card.

Datae

Datae Romae apud ſanctum Petrum per manum Centij Sancte Lucie in Horſea Diaconi Cardinalis. Domini pp. Camerarii XVI Kl. Decembris Indictione xiii.ª Anno Dominicae incarnationis M. CXCiiii. Pontificatus uero Domini Celestini pp iii. Anno Quarto.

Num. IV. Confirmatio pontificia parochiae. Ann. 1232.

GREGORIUS IX. epiſcopus ſeruus ſeruorum dei Dilectis filijs.. Abbati & conventui ſancte crucis in Werde. ordinis ſancti Benedict. Auguſtenſis dioecesis. Salutem & apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iuſtum eſt & honeſtum tam uigor aequitatis quam ordo exigit rationis ut id per ſollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in domino filij uestris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu perſonas ueſtras & locum in quo diuino eſtis obſequio mancipati. cum omnibus bonis quae in preſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum iuſtis modis preſtante domino poteritis adipiſci. ſub beati petri & noſtra protectione ſuſcipimus. Specialiter autem eccleſiam de Mündlingen cum omnibus pertinentiis ſuis quam de conceſſione Venerabilis fratris noſtri Evſtetenſis epiſcopi Capituli ſui accedente conſenſu, canonice propoſitis uos adeptos. decedente perſona que nunc eam poſſidet. nobis & per uos Monaſterio ueſtro auctoritate apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre protectionis & confirmationis infringere, uel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolo-

ſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Reate iiij Non. Martij Pontificatus noſtri Anno quinto.

Num. V. Confirmatio ſimilis praecedenti Ann. 1257.

Alexander IV. Epiſcopus, Seruus Seruorum DEI. Dilectis filijs, Abbati & Conuentui Monaſterij Sanctae Crucis in Wörda, Ordinis Sancti Benedicti Augustenſis Dioecesis, ſalutem & Apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est & honeſtum, tam uigor aequitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſolicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filij ad inſtar felicis recordationis prædeceſsoris nostri GREGORII PP. uestris Iustis poſtulationibus grato concurrentes aſsenſu, perſonas uestras et locum in quo diuino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis quae in præſentiarum rationabiliter poſsidet, aut in futurum iustis modis, præstante Domino, poterit adipiſci, ſub beati PETRI & nostra protectione ſuſcipimus. Specialiter autem Ecclesiam de Mündlingen cum omnibus pertinentiis ſuis quam de conceſsione Venerabilis fratris noſtri Eystetensis Epiſcopi, Capituli ſui accedente consensu canonice proponitis uos adeptos decedente persona quae nunc eam poſsidet, uobis & per uos Monasterio uestro authoritate. Apostolica confirmamus & præsentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae protectionis & confirmationis infringere, aut ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare præsumserit indignationem omnipotentis DEI & Beatorum PETRI & PAULI Apostolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datæ Lateran VI Non. May Pontificatus nostri. Anno tertio.

Num.

Num. VI. Confirmatio pontificia Jurium. Ann. 1371.

GREGORIUS. Epiſcopus Seruus Seruorum DEI. Dilectis filijs, Abbati & Conuentui Monasterij Sanctae Crucis Werden, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis ſancti Benedicti, Augustensis Diocæsis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est & honestum tam uigor æquitatis quam ordo exigit rationis, ut id per ſolicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in domino filij, uestris iustis poſtulationibus grato concurrentes aſsensu, omnes libertates & immunitates a prædeceſsoribus nostris Romanis Pontificibus, per priuilegia uel alias indulgentias Monasterio uestro conceſsas, nec non libertates & exemtiones ſæcularium exactionum a Regibus & Principibus uel alijs Chriſti fidelibus rationabiliter uobis indultas, ſicut eas iuste ac pacifice obtinetis, uobis & per uos eidem Monasterio Authoritate Apostolica confirmamus, & præsentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpserit indignationem ommnipotentis DEI & Beatorum PETRI & PAVLI Apoſtolorum eius se nouerit incurſurum. Datæ apud Urbem Ueterem KL Martij. Pontificatus nostri. Anno Primo.

Gregorius PP. XI.

Num. VII. Conceſſio Pontificialium An. 1452.

NICOLAUS Episcopus Seruus Seruorum DEI. Dilectis filijs, Abbati & Conuentui Monaſterii ſanctae Crucis in Wördea

dea ordinis ſancti Benedicti Augustensis Diocaesis, ſalutem & Apostolicam benedictionem. Exposcit uæstræ deuotionis ſynceritas & Religionis promeretur honestas, ut tam uos, quos speciali dilectione proſequimur, quam Monasterium uestrum dignis attollamus honoribus. Hinc eſt quod nos uestris in hac parte supplicationibus inclinati, ut tu fili Abbas, & ſucceſsores tui Abbates praeſati uestri Monasterij, quod ut accepimus inter alia eiusdem diocaesis Monasteria inſigne admodum & notabile reputetur . & in suis redditibus ſatis opulentum, eiusque Abbas in magna reuerentia & honore habetur, qui pro tempore erunt mitra annulo baculo, Chyrothecis & alijs Pontificalibus inſignijs libere uti poſsis, nec non in praedicto Monasterio ac aliis Primatibus Ecclesijs locis & membris ſibi subiectis post Miſsarum, Vesperarum & Matutinorum ſolennia, dumodo in benedictione huiusmodj aliquis Antistes uel Apostolicae ſedis Legatus praesens non fuerit elargiri, nec non Calices & alia ornamenta Ecclesiastica, quotiens opus fuerit, benedicere libere & licite ualeas felicis recordationis Alexandri PP. iiij praedeceſsoris nostri quae incipit Abbates & alijs Apostolicis conſtitutionibus & ordinationibus caeterisque contrarijs nequaquam obstantibus authoritate Apostolica tenore praesentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae conceſsionis infringere uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpſerit indignationem omnipotentis DEI & Beatorum PETRI & PAULI Apostolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romae apud Sanctum petrum. Anno incarnationis Dominicae Millesimo Quadringenteſimo Quinquageſimo. secundo Septimo Kl. May. Pontificatus nostri Anno ſexto

Pe. de Noxeto

Num. VIII. Synodi generalis Baſilienſis Sententia de Immunitatibus Monaſterii Sanctae Crucis An. 1436.

SAcro Sancta generalis Synodus Baſilienſis in Spiritu ſancto legitime congregata, univerſalem Eccleſiam repraeſentans, venerabilibus Auguſtenſi & Eyſtetenſi Eccleſiae Epiſcopis, ac Dilecto filio Praepoſito Eccleſiae Eyſtetenſis, ſalutem, & omnipotentis Dei benedictionem.

Ad compeſcendos conatus nefarios perverſorum, quis perſonas & loca eccleſiaſtica ſuper bonis & juribus ſuis offendere, ac multiplicibus perturbare moleſtiis non verentur, tanto magis per ſacrum decet generale concilium oportuno remedio provideri, quanto per amplius turbationes huiusmodi & moleſtiae in divinae Majeſtatis offenſam nec non Eccleſiaſticae libertatis redundare diſpendium dignoſcuntur. Dudum ſiquidem cum in diverſis mundi partibus conſules civitatum & frequenter Rectores, nec non alij qui poteſtatem habere videbantur tot onera frequenter imponerent Eccleſiis, ut deterioris conditionis factum ſub eis ſacerdocium videretur, quam ſub pharaone fuiſſet, qui legis Divinae notitiam non habebat, quique omnibus alijs ſervituti ſubactis ſacerdotes & poſſeſſiones eorum in priſtina libertate dimiſit, & de eis alimoniam miniſtravit, in concilio lateranen. Eccleſiae immunitati providendo, Sub Anathematis diſtrictione prohibitum extitit, ne conſules Rectores, aut alij praedicti, Eccleſias & viros Eccleſiaſticos Tallijs ſeu collectis vel exactionibus alijs aggravare praeſumerent, Transgreſſores & fautores eorum praecipiendo anathematis ſententiae ſubjacere, donec ſatisfactionem impenderent competentem, etiam deinde in generali concilio editum fuit, quod ſi Epiſcopi forte

ſimul

ſimul cum clericis, etiam ſi tantam neceſsitatem uel utilitatem inſpicerent, ut absque ulla coactione ad relevandas communes utilitates vel neceſsitates ubi laicorum non ſupeterent facultates, ſubſidia per Eccleſias Laicis ducerent concedenda, minime ſuper hoc conſulto Romano Pontifice, conceſsiones & ſententiae, quae talibus uel de ipſorum mandato forent promulgatae, eſsent irritae & inanes, nullo unquam tempore valiturae, & etiam in ipſo generali concilio Decretum extitit illum qui infra tempus ſui Regiminis propter fractionem conſtitutionum, vel ſanctionum huiusmodi ſuſtineret anathema tanquam post illud non eſſe, ad ſatisfactionis debitum compellendum, nec non ipſius ſucceſsorem, qui non ſatisfaceret infra menſem manere eccleſiaſtica censura concluſum donec ſatisfaceret competenter cum ſuccederet in onere qui ſubſtitueretur in honore, poſtmodum vero felicis Recordationis Honorius PP. Tertius attente deſiderans, quod quondam Fredericus ſecundus olim Romanorum Imperator tunc ſub obedientia & devotione ſanctae Romanae Eccleſiae perſiſtens, ad laudem eiusdem Eccleſiae, & ſacri Decus Romani Imperij, cupiens ut expurgatis quorundam erroribus, & iniquis ſtatutis penitus deſtitutis, de cetero Eccleſiae, & Eccleſiaſticae perſonae plena vigerent quiete, & ſecura libertate gauderent. ac pie & iuste attendens, quod quorundam perversorum iniquitas adeo abundaverat, ut non dubitarent contra eccleſiaſticam diſciplinam, & ſacros Canones ſtatuta ſua confringere adverſus eccleſiaſticas perſonas, & eccleſiaſticam libertatem edictali lege huiusmodi ſtatuta iniqua irritauerat, & praeceperat irrita nunciari, & omnia ſtatuta, & conſuetudines, quae civitates & loca poteſtates vel conſules, aut quaecunque aliae perſonae, contra libertatem Eccleſiae vel perſonas Eccleſiaſticas huiusmodi edere, aut ſervare tentarent

contra canonicas, vel imperiales ſanctiones, de ipſorum capitularibus intra duos menſes, poſt ipſius Legis publicationem penitus aboleri facerent, & ſi de caetero talia attentarent, illa decrevit ipſo Jure eſse nulla, & eos ſua iurisdictione privatos, nec non locum ubi talia deinceps praeſumpta fuiſsent Banno mille Marcharum auri fiſco Imperiali praeceperat ſubjacere. Poteſtates vero, conſules, ſtatutarii, & ſcriptores ſtatutorum praedictorum, nec non Conſiliarij locorum ipſorum qui ſecundum ſtatuta & conſuetudines, memorata iudicarent, ex tunc eſsent ipſo jure infames, quorum ſententias & actus legitimos ſtatuerat aliqualiter non tenere quodque ſi per annum præfatarum conſtitutionum inventi forent contemptores, bona eorum per totum ſuum imperium mandavit impune ab omnibus occupari, Salvis nihilominus aliis poenis contra Tales in eisdem generalibus concilijs promulgatis. Et inſuper voluit idem tunc Imperator, quod nulla communitas vel persona publica, ſeu privata collectas, exactiones, Angarias, vel perangarias Eccleſiis vel aliis piis locis, aut Eccleſiaſticis perſonis huiusmodi imponere, ſeu invadere Eccleſiaſtica bona præſumeret, quod ſi ſecus faceret, & requiſita ab Eccleſia vel Imperio. huiusmodi emendare contemneret, tripliciter refunderet, & nihilominus Banno Imperiali ſubiaceret, quod ſine ſatisfactione debita nullatenus remitteretur. Statuerat inſuper quod quaecunque communitas vel perſona per Annum in Excommunicatione probter libertatem Eccleſiae violatam perſiſteret, ipſo Jure ſimiliter dicto Banno Imperiali ſubiaceret, a quo nullatenus extraheretur, niſi prius ab Eccleſia beneficio abſolutionis obtento: Et inſuper ordinaverat, ut nullus eccleſiaſticam perſonam in Criminali quaeſtione vel civili ad Judicium ſaeculare trahere praeſumeret contra easdem canonicas ſanctiones & conſtitutiones

nes Imperiales: quodſi ſecus faceret actor a ſuo jure caderet & iudicatum non teneret, & Judex foret ex tunc judicandi auctoritate privatus, quodque Judices temporales qui clericis, & perſonis Eccleſiaſticis iuſtitiam denegare praeſumerent, tertio requisiti ſuam jurisdictionem amitterent, Conſtitutionem ipſam de conſilio etiam fratrum ſuorum ſanctae Romanae Eccleſiae Cardinalium, qui tunc erant authoritate Apoſtolica approbans, & confirmans ipſam mandavit inviolabiliter obſervari, nec non ſtatutarios & ſcriptores, ac violatores praedictos excomunicatos eadem auctoritate publice nunciari: Et deinde ad audientiam divae memoriae Caroli quarti etiam Romanorum Imperatoris ſemper Augusti, deductum, quod non nullae ſeculares Personae in Poteſtatibus & officiis publicis, conſtitutae videlicet, Duces, Marchiones, Comites, Barones & alij Domini Temporales, nec non conſules civitatum oppidorum villarum, & locorum Rectores in diversis provinciis eiusdem Imperij Dei timore postpoſito, ſtatuta ſingularia, & iniquas ordinationes motu proprio & de facto contra ipſas perſonas Eccleſiaſticas & Eccleſiae libertates, ac earum Privilegia condiderant, Illisque defacto & publice utebantur contra canonicas & legitimas ſanctiones, utpote quod nulla bona temporalia in poteſtatem Eccleſiaſticam transferentur. Et ne Clerici in ſacris ordinibus conſtituti ad agendum & teſtificandum in Civilibus & maxime in piis Cauſis aliquatenus admitterentur, quodque excommunicati laici & publice denunciati in civili foro minime repellantur, Et inſuper praedicti Domini Temporales conſules & Rectores per ſaecularem poteſtatem res & Bona Clericorum occuparent, arreſtarent, & oblationes fidelium minuerent atque reſtringerent, exactiones & tallias indebitas de bonis & redditibus Eccleſiarum exigerent & extorquerent poſseſsiones Eccle-

Eccleſiarum & Perſonarum earundem devaſtarent incendiis & rapinis, contractus inter clericos & laicos factos legitime ad libros civitatum & villarum, & locorum praedictorum inſcribere & ſigillare, recuſarent, donataque & legata ad fabricas & Eccleſiarum ſtructuras contra Praelatorum voluntatem, & aliorum quorum intererat, temere usurpare praeſumerent, ac in fraudem & odium Clericorum, quae non cauſa negotiationum, ſed pro eorum propriis uſibus per eorum Terras ducebant, ſeu duci faciebant, Thelonium exigere & recipere non verebantur, & confugientes ad Eccleſias ad eorum cimiteria inde extrahere contra canonicas & Imperiales ſanctiones huiusmodi praeſumpſerant & praeſumebant, Idem Carolus Imperator tanquam Chriſtianiſſimus Princeps volens in praemiſſis providere de remedio ſalutari, etiam de quorundam Principum, Ducum, Comitum, & Baronum, fideliumque aliorum ſacri imperij ſaepe dicti consilio, auctoritate Imperiali, quaecunque ſtatuta & conſuetudines praedicta, tanquam per Canonicas & civiles ſanctiones expreſse reprobata caſavit roboris vel momenti, Praecipiens ſub Banni poena universis & ſingulis Principibus & Dominis temporalibus, Conſulibus, potestatibus, & aliis in officiis publicis in eodem Imperio conſtitutis, quatenus ex tunc ipſorum ſtatuta & ordinationes ſicut in praejudicium Eccleſiaſticae libertatis edita fuerant, omnino revocarent, & de luce tollerent, quodque ſecundum ea non iudicarent amplius, nec ſententias dictarent, aut eisdem in Judicio vel extra Judicium quomodo libet pro ſe, & contra eandem Eccleſiaſticam Libertatem potirentur pronunciavit inſuper & eadem decrevit auctoritate, quod quicunque laicus cuiuscunque ſtatus aut conditionis exiſteret auſu ſacrilego, & propriae temeritatis audacia Sacerdotem vel Clericum ſaecularem aut Religioſum diffidaret, aut in car-

carcere detineret, vel huiusmodi maleficia perpetrantes ſcienter receptaret, vel eis favorem præſtaret praeter poenas a ſacris canonibus & legalibus ſanctionibus in tales inflictas eo ipſo redderetur infamis ac omni honore privatus, nec ad placita vel concilia nobilium admitteretur quovismodo: hortans inſuper in domino, & requirens Eccleſiaſticos Praelatos, in illis partibus, in quibus comitterentur talia conſtitutos, ut legem Imperialem huiusmodi per eorum Eccleſias & Synodos publicarent, ne Transgreſsores huiusmodi per ſimulatam ignorantiam ſuam valerent in hac parte malitiam excuſare, pro ut in conſtitutionibus, & ſanctionibus Conciliorum & Tenorę praedictorum & Imperialibus praefatis plenius continetur. Cum autem ſicut lamentabili quaerela Dilectorum Eccleſiae filiorum Abbatis & Conventus Monaſterij S. Crucis oppidi Werden ordinis Sancti Benedicti Auguſtens. Dioc. nuper accepimus non nulli Principes, Duces, comites, Barones, & aliae ſaeculares potestates earum dein Constitutionum & ſanct onum Canonicarum, & legalium forſan ignari contra ipſas a praefatis Abbate & Conventu forſan Tallias, Gabellas, & alias exactiones illicitas hactenus extorſerint, & adhuc nitantur, ac etiam bona eorum invaſerint, arreſtaverint, occupaverint, detinuerint, & ſuis uſibus applicaverint, nec non occupare, invadere, arreſtare, detinere, & eadem ſuis uſibus applicare ſimiliter defacto praeſumant, in animarum ſuarum periculum, nec non Abbatis & conventus praedictorum non modicum praeiudicium atque damnum. Nos Abbati & conventui praefatis coniunctim & diviſim in praemiſsis opportune providere volentes diſcretioni vestrae per haec ſcripta in virtute ſanctae obedientiae diſtricte praecipiendo mandamus, quats vos vel duo, aut unus veſtrum per vos, vel alium ſeu alios Abbati & Conventui praedictis con-

contra quoscunque Transgreſſores & violatores Conſtitutionum & ſanctionum earundem, cujusque gradus dignitatis & Excellentiae fuerint Efficacis defenſionis auxilio aſsistentes non permittatis eos contra Canonicas & legales ſanctiones hujusmodi indebite moleſtari, nec non easdem conſtitutiones, ubi & quomodo expedire videritis, ſollemniter publicantes faciatis Transgreſsores & violatores huiusmodi, ſi & pro ut iuſtum fuerit, aut ubi & quoties expedierit tamdiu excommunicatos, aut Anathematizatos publice nunciari, donec ab earundem Talliarum, Collectarum Impoſitionum, & quarumlibet extorſionum, nec non bonorum Abbatis & Conventus praedictorum Invaſione, arreſtatione, occupatione, detentione & applicatione omnino desiſtant, nec non etiam efficaciter reſtituant, eisdem Abbati & conventui occaſione praemiſſorum per eos laeſis & gravatis Tallias Gabellas & exactiones ipſas, ac etiam bona Abbatis & conventus praedictornm Arrestata, occupata, detenta & applicata ipſis, aut quae per ſe vel alios ullo praetextu quomodolibet receperunt imo verius temere & illicite uſurparunt a ſe libere & omnino relaxent, ac in manibus veſtris iuraverint, quod de caetero talia non committant, & ea committentibus non praeſtent auxilium, Conſilium vel favorem. Contra dictores per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia Juris opportuna remedia compeſcendo invocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſaecularis. Caeterum ſi forſan huiusmodi Transgreſſorum aut violatorum, vel ea fieri mandantium, ipſisque conſentientium, ſeu dantium illis per ſe vel alios directe vel indirecte, publice vel occulte auxilium Concilium, vel favorem p'ntia pro monitionibus per vos de ipſis faciendis, Tute ſecure vel commode haberi nequiret. Nos vobis Monitiones, & requiſitiones huiusmodi ac citationes quaslibet per edicta publica

blica locis affigenda publicis, de quibus ſit veriſimilis coniectura, quod ad notitiam citatorum & Monitorum huiusmodi pervenire valeant, faciendi plenam & liberam concedimus tenore preſentium potestatem. Volentes quod monitiones requiſitiones & citationes huiusmodi perinde ipſos citatos, requiſitos & monitos ut praemittitur arcent, ac ſi eis ſactae & inſinuatae p~ncialiter & perſonaliter extitiſſent. Non obſtantibus tam piae memoriae Bonefacij PPe. viii gb9 cavet~r ne aliquis extra ſuam civitatem, vel Dioc. niſi certis exceptis caſibus & in illis ultra unam dietam a fine ſuae Dioc. in quibus deputati fuerint contra quoscunque procedere, aut alij vel alijs vices ſuas committere, ſeu aliquos ultra unam dietam a fine Dioc. eorundem trahere praeſumant, dumodo ultra duas dietas aliquis auctoritate p~ntium non trahatur, ac de perſonis ultra certum numerum ad Judicium non vocandis, g~m aliis Conſtitutionibus Apoſtolicis Contrariis quibuscunque, Aut ſi aliquibus communiter vel diviſim, à ſe de Apoſtolica, indultum existat, quod interdici, ſuspendi, vel excomunicari, aut extra vel ultra certa loca ad Judicium evocari, non poſſint per litteras non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Dat Baſilee X. Kl. octob. Anno á Nativitate Domini Milleſſimo quadringenteſimo Triceſimo Sexto .:

=
x
x
x Na albingñ
.é qauqutuj.

Num. IX. Decretum caeſareum de Ponte ligneo Werdeae deſtruendo, & exſtruendo lapideo, ac caſſatione Thelonei. An. 1220.

Landtshauptleuthen, landtvögten, Ha pfleuthen, Vizdomben, Vögten, Pflegern, Verweſern, Amptleuten Landtrichtern, Schuldthaiſſen, Burgermäiſtern, Richtern, Räthen, Bürgern, Gemeinden vnnd ſonſt allen andern vnnſern vnnd des Reichs Vndterthonen, vnnd getrewen, in Was Würden, Stanndts oder Weſens die ſeindt, Ernſtlich, vnnd Veſtiglich mit diſem brieff, vnnd wöllen, das Sy vſt berüerten abbt vnnd Convent vnnd Ihre Nachkomen zum heyligen Creuz zu Wördt, an denn obberüerten Iren Gnaden, briefen, handueſten, Privilegien, Freyhaiten, altherkomen, vnnd guett gewonhaiten vnnd diſer vnnſer Kayſerlichen Confirmation vnnd beſtättigung nicht Irren noch hindern, ſonndern Sy deren geruebiglich gebrauchen, genüſſen, vnnd gänzlich dabey bleiben laſſen, auch hierwieder nicht thuen, noch yemandts andern zuthuen geſtatten, in kainem wege, als lieb Einem yedem ſey vnnſer vnnd des Reichs ſchwere Vngnad vnnd Straff, vnnd darzue die Peen in obgemelt Kaiſer Carls des fünfften brieff einverleibt zu vermeiden. Das mainen wir Ernſtlich, mit Vrkundt des brieffs beſiglt mit vnnſerm Kaiſerlichen anhanngenden Inſigel geben in vnnſerer vnnd des heyligen Reichs Statt Regenſpurg, den drey vnnd zwainzigiſten Tag des Monats Februarij, Nach Chriſti vnnſers lieben herrn vnnd Seeligmachers geburth Sechzehenhundert vnnd im drey vnnd zwainzigiſten vnnſerer Reiche des Römiſchen im Vierdten des hungeriſchen in Fünfften vnnd deß bohaimiſchen in Sechſten Jahrn.

t:
V. hl D Vlm ꝛc.

FB. Lucſler M.

Num. XXIV

Num. XXIX. Confirmatio Privilegii a Ferdinando II[do] ſuper MAXIMILIANI SECUNDI IMPERATORIS Privilegium contra Uſuram Judaeorum. An. 1623.

Wir Ferdinand der Ander von Gottes gnaden Erwöhlter Römiſcher Kaiſer zu allen Zeitten Mehrer des Reichs in Germanien zu Hungarn, Behaim Dalmatien, Croacien vnnd Sclauonien ꝛc. König, Ertzherzog zu Oſterreich, Herzog zu Burgundi, zu Brabant, zu Steyer zu kärndten, zu Crain zu luzenburg zu Würtemberg ober vnnd Nider Schleſien, Fürſt zu ſchwaben, Marggraue des heyligen Römiſchen Reichs zu Burgaw zu Mehrern ober vnnd Nider lauſniz, gefürſter Graue zu habſpurg zu Tyroll, zu Pfierd zu Kyburg vnnd zu Görz, Landtgraue im Elſas, Herr auf der Windiſchen Marck zu Portenaw vnnd zu Salins ꝛc. ꝛc. bekennen offendtlich mit diſem Brieff, vnnd thuen kundt allermeniglich, das vnns der Erſam vnnd vnſere liebe andächtigen Balthaſar Abbte vnd Conuent des gotshaws zum heyligen Creuz in Unnſer, vnnd des heyligen Reichs Statt Schwädiſchen wördt, Ein Privilegium vnnd Fräihait, wider die wucheriſchen Contract der Juden, damit Sy vnnd bemelt Gottshaws von Weylendt vnnſerm geliebten herrn vnnd Vettern kayſer Maximilian dem Andern Hochlöblichſter Gedächtnus fürſehen, vnnd begabt worden, in glaubwirdigen ſchein fürbringen laſſen, ſo von wort zu wortten hernach geſchrieben ſtehet, vnnd alſo lauttet: Wir Maximilian der Ander von Gottes gnaden Erwölter Römiſcher Kaiſer ꝛc. ꝛc. pag. 71.

Vnnd vnns darauf diemüttiglich angeruffen, vnnd gebetten das wir als yzt Regierender Römiſcher Keyſer, Jnen vnnd Jren Nachkhommen obeinverleibten Weylendt vnnſers geliebten herrn vnnd Vetters Seeligen Privilegium, vnnd Freihaitsbrief in allen ſeinen Jnhaltungen vnnd Begreiffungen zu ernewen zu confirmirn vnnd zu beſtätten gnediglich geruehten Jnmaſſen dann Jüngſt hievor Weylandt vnnſer geliebter herr Vetter vnnd Vatter Kaiſer Rudolff, Chriſtmildiſter gedächtnus gleicher geſtalt gethon hätte, deß haben wir angeſehen bemelts Abbts vnnd Conuent, diemüettig zimblich Bitt, vnnd darumb mit wolbedachtem mueth, gueterm Rath, vnnd Rechter wiſſen vorgeſchriben Privilegium, und Freyhaits brief in allen vnnd yeden ſeinen Wörtten, Puncten, [illegible], Innhaltungen Maſ- [illegible] begreiffungen als Römiſcher Kaiſer genediglich ernewert, confirmirt, vnnd beſtettet, Ernewen, vnnd beſtetten Jhnen dennſel-

ben auch hiemit von Römiſcher kayſerlicher Macht wiſſentlich in Crafft diß brieffs was wir Jnen von Rechts vnnd billigkeit wegen, zu ernewen, zu confirmirn vnnd zu beſtetten haben ſollen vnnd mögen; vnnd mainen, ſezzen, vnnd wöllen, daß nun hinfür obinſeriert Privilegium vnnd freyhaitsbrieff, in allen vnnd yeden ſeinen Worten, Puncten, Clauſuln, Articuln, Jnnhaltungen, Mainungen vnnd begreiffungen Crefftig vnnd mechtig ſein: alſo gehalten volzogen, vnnd gemeldter Abbt, Conuent vnnd Jre Nachkhomen des gottshaus zum heyligen Creuz dabey genzlich bleiben, ſich deſſelben frewen, gebrauchen vnnd genieſſen ſollen vnnd mögen, von allermeniglich vnuerhindert, doch vns vnnd dem heyligen Reiche an vnnſern, vnnd ſonnſten Meniglich an ſeinen Rechten vnnd Gerechtigkeiten vnvergriffen vnnd vnſchödlich. Vnnd gebieten darauf allen vnnd yeden Churfürſten, Fürſten, geiſtlichen vnnd Weltlichen, Praelaten, landvögten Vitzdomen, vögten, Pflegern, Verweſern, Amptleuthen, Grauen, Freyen Herrn, Rittern, knechten, Hauptleuthen, Schulthaiſſen, Hoffrichtern, Landrichtern, vnd allen andern richtern, Schöffen, Urtlſprechern, Burgermaiſtern, Räthen, Gemeinden vnnd ſonnderlich yezigen vnnd khönfftigen vnnſers Kaiſerlichen Hoffgerichts zu Rottweil Hoffrichtern vnnd allen lanndtrichtern, vnnd andern Gericht, vnnd ſonſt allen vnnſern vnnd des Reichs Vnderthonen vnnd getrewen, Ernſtlich vnnd veſtiglich mit diſem brieff vnnd wollen, daß Sy mehr genannten abbt balthaſarn vnnd Conuent, vnnd Jren Nachkomen des gottshaws Heyligen Creuz an vorberürtten Privilegio vnnd freyhait, auch diſer vnnſer kaiſerlichen Confirmation vnnd Ernewrung nit hindern, noch Jrren, noch des yemandts anndern zu thuen geſtatten, Sonder Sy deren geruebiglich gebrauchen vnnd genieſſen, vnnd dabey gänzlich bleiben laſſen, als lieb einem yeden ſey vnnſer vnnd des Reichs ſchwäre Vngnad vnnd Straff vnnd darzue die Pöen in villbeſtimbten Freyhaitsbrieff begriffen zu vermeiden, daß mainen Wir Ernſtlich. Mit Vrkhundt diß briefs beſigelt mit vnnſerm kaiſerlichen anhangenden Jnſigl geben in vnnſerer vnnd des Heyligen Reichs Statt Regenſpurg, den drey vnnd zwainzigiſten Tag des Monaths February Nach Chriſti vnnſers lieben herrn vnnd Seeligmachers geburth Sechzehenhundert vnnd im drey vnnd zwainzigiſten vnnſerer Reiche, des Römiſchen im Vierdten, deß Hungeriſchen im Fünfften, vnnd des Böhaimiſchen im Sechſten Jahern.

Ferdinand M.

V^t. ss. Wim ss.

Ad Mandatum ſacrae caeſar. Majeſt. proprium.

Puckerl.

MONUMENTA ROHRENSIA.

PRAEFATIO.

ROHR, inſigne Canonicorum regularium S. Auguſtini Collegium, uno Milliari *Abenſperga* diſtans, eidemque Praefecturae adſcriptum, praecipuum Fundatorem colit ADALBERTUM, Loci Toparcham, famoſi *Babonis* ex *Ruperto* filio, ac *Magno* Nepote, Pronepotem, qui ſive perpetuo coelebs, ſeu Viduus Prole carens, ſeipſum ſuaque Anno MCXXXIII. communi vitae devovit, Adjutorem nactus germanum ſuum, HENRICUM, Eccleſiae Ratiſponenſis canonicum, uti ad N. VI. Diplomatarii Miſcelli notavimus, munificum vero Promotorem HENRICUM, e comitibus Wolfratshuſanis Epiſcopum Ratiſponenſem, qui fundationem ratam habuit, & Decimis auxit.

Diverſas proſperae inter & adverſae ſortis viciſſitudines hactenus eluctatum, quacunque illud ſpectare lubet, Praeſulum ſuorum ſolerti cura egregie floret, pluribusque

Inſti-

Inſtituti ſui Locis Praepoſitos & colonos ſubpeditavit, quae ſingula ordine ſuo recenſuit Cl. D. Patritius DALHAMER, SS. Th. Doctor, hujusque collegii nuper Decanus, in opere, cui Titulum ſcripſit: *Canonia Rohrenſis* &c. An. 1784 ſuis inpenſis edito; quo ipſo nobis otium fecit, ut Monumenta, ſedulo ab eo collecta, non niſi in ordinem chronologicum, nobis aſſuetum, digerere neceſſum fuerit, qui prope unus labor noſter, neque tamen nullus erat.

Supereſt, ut tum celeberrimo coenobio Rohrenſi, tum orbi litterario hodiernum Rev. Praepoſitum, *Gaudentium*, qui ſcientias ſolertiſſima cura ornat & auget, gratulemur, tum auctori citati operis pro Meritis in Hiſtoriam patriam ſuo labore comparatis, & egregio exemplo publicas grates agamus, quo quidem utinam plures animati reconditas Chartas, alta nocte ſuperſtitioſe preſſas, non noſtro utique, ſed ſuo cumprimis commodo, in lucem proferri ſinant, vel hoc Pacto ab interitu & oblivione ſervandas, Jurium ſuorum Teſtes ac Vindices!

SERIES

SERIES
RR. DD. PRAEPOSITORUM.

I. Bruno ab An. 1133. † 1138.
II. Eberhardus ab Allnbach † 1159.
III. Herbordus Wiemer 1178.
IV. Wolframus de Alenzhauſen † 1186.
* Vdalricus circa An. 1189. *)
V. Ludovicus I. de Mandlkirchen † 1209.
VI. Hugo I. † 1215.
VII. Henricus I. † 1230.
VIII. Hugo II. † 1248.
IX. Godefridus † 1253.
X. Henricus II. de Alenzhauſen † 1256.
XI. Waltherus † 1261.
XII. Conradus I. † 1280.
XIII. Ry - ſeu Reymarus † 1295.
XIV. Hildebrandus † 1314.
XV. Hermannus Vleiner † 1320.
XVI. Vdalricus I. Muracher de Murach † 1332.
XVII. Berengerus Perkhauſer † 1336.
XVIII. Vdalricus II. Randecker † 1346.
XIX. Nicolaus † 1370.
XX. Conradus II. Vacher † 1389.
XXI. Conradus III. Regldorffer † 1405.
XXII. Berchtoldus Regldorffer, reſign. An. 1415.
Vdalricus Blumberger, Adminiſtrator.

XXIII.

*) Occurrit in Codice Tradit. Emmeram apud PEZ *Theſaur. Anecdotor. Tom. I. P. III.* 171 *cap.* 186.

XXIII. Conradus IV. Regldorffer ab An. 1421. depoſ. 1424.
XXIV. Vdalricus III. Plumberger.
Conradus IV. iterum ab An. 1433. † 1438.
XXV. Petrus Fryes † 1455.
XXVI. Joannes I. Paeninger † 1493.
XXVII. Wolfgangus I. Haimſtaeckl † 1509.
XXVIII. Erhardus Löb † 1527.
XXIX. Sigismundus Weiſſenburger † 1539.
XXX. Wolfgangus II. Zanckl, depoſ. An. 1555. † eod.
Franciſcus Greimold, Adminiſtrator
XXXI. Joannes II. Viſcher ab An. 1560 † 1589.
XXXII. Joannes III. Holnſteiner † 1630.
XXXIII. Bernardus Schärl † 1633.
XXXIV. Wilibaldus Mair † 1665.
XXXV. Patritius I. Vrſpringer † 1666.
XXXVI. Ambroſius Faber † 1667.
XXXVII. Simon Zoete ex Adminiſtratore Praepoſ. † 1668.
XXXVIII. Gregorius Altmann † 1675.
XXXIX. Auguſtinus Pauhofer, reſign. 1682. † 1695.
XL. Patritius II. L. B. de Heydon ab An. 1682. † 1730.
XLI. Maximilianus Kipfhover, reſign. 1734. † 1748.
XLII. Ludovicus Wiſmann † 1757
XLIII. Patritius III. L. B. de Guggomos, reſign. 1787.
XLIV. Andreas Auracher † 1792.
XLV. Patricius Thalhamer † 1792.
XLVI. GAUDENTIUS.

OBSER-

OBSERUATIONES
AD TABULAS AERI INCISAS.

AD TABULAM I.

Haec ex aſserculis compoſita, 5 Ped. & 9. Poll. longa, 3. ped. & 4. Poll. alta, in veteri domo capitulari quondam pendens, An. 1624. iterumque 1758 renouata, etiam nunc illaeſa ſeruari dicitur, legiturque in diplomatario Miſcello N. II.

AD TABULAM II.

Epitaphium principalis fundatoris, puniceo Marmori 8. ped. in longum & 4. in latum habenti commiſsum, effigiem ejusdem ut conuerſi exhibet, cum hac inſcriptione.

„Hic eſt ſepultus liber & nobilis vir Adalbertus de Ror, qui fundavit iſtud monaſterium Ror A. D. MCXXXIII tali condicione, ut regulares canonici ordinis S Auguſtini ibi ordinarentur, & ipſe Adalbertus pauper xpi communem vitam ibidem aggreſsus eſt.“

AD TABULAM III.

Epitaphium GEBHARDI I, conjugisque SOPHIAE de *Biburg* inſculptum Marmori puniceo, 7′. 2″. alto, 3′. 4″. lato, cum iſta inſcriptione:

„HIE . IST . BEGRABEN . IN . GOTES . NAMEN . DIE . HERSCAFT . VON . ABEMSPERCH . DEN . GOT . GENAD.“

AD TABULAM IV.

Marmor inſigne, artificioſe ſculptum 8′. 5″. altum, 4′ 3″. latum, ſibi, familiaeque ſuae poſitum ab Joanne Domino de Abenſperg, cujus haec inſcriptio:

„DISEM . GREBNUSs . HAT . GEPAWET . DER . EDĚL . WOLGEBORN̄ . HERRE . HER . JOHANNS . HERRE . ZW ABENSPERG . YM . UND . SEINEN . NACHKOMEN . UND . IST . GESTORBEN . ANNO . DNI . MCCCC.“

Heic relictum eſt ſpatium, pro reſiduis vitae ſuae annis, & obitus die jungendis, quos Poſteri ſubplere neglexerunt.

Fundator inſiſtit geminatis ſcutis abenſpergenſibus. Parerga lateralia, ad inſtar faſciae circumvoluta hoc modo legenda judicat Cl. Editor:

Her giß den Selen die ebige Ruen
Der leichnam hie moden duen
Gib In Herr den ebigen Schein
Vnd hiet ſi vor der Helln Pein
Erzaig nit dein grechte Sdraflichaid
Sund dein groſſe Wparmherzichaid.
Es ſei dir lob zw ieder Zaid
Hie auf Erd und in der Ebichaid amen 1440.

Hans Haidn

In quatuor extremis Limbi angulis totidem conſpiciuntur ſcuta heraldica, (ſi tamen heraldica) & non potius ornamenta ſunt, ex ingenio Lapicidae addita, quae oedipum exſpectant. Infra ſiniſtrum ſuperius affabre ſculpti cernuntur clypei, *Abenſpergenſis*, & Eliſabethae de *Törring* cum tribus Roſis, haec enim ſecunda conjux erat JOANNIS III.

Ad eandem Tabulam pertinent duo alia marmora, quae olim prius ſuſtentabant, cum octo Scutis, I. comitum *Goritiae*, II. *Nothaft*, III. *Zollern*, IV. *Ortenburg*, V. *Werdenberg*, VI. *Oetting*, VII. *Schaumburg*, ſeu *Sulbach*, VIII. *Cilejae*.

AD TABULAM V.

Epitaphium Vlrici Ebran de Wildenberg. inciſum Marmori pariter puniceo 8′ 7″ alto 4′ 5″ lato: ſiſtit effigiem Equitis cataphracti, ad cujus pedes viſuntur tria ſcuta gentilitia I. *Ebrani*, II. *Gumperg*, III. *Degenberg*: ſupra caput vero I. Iterum *Ebran*, II. *Mospurg*, III. *Granſen*, IV. *Törring*. Inſcriptio haec eſt:

„ANNO. DOMI. M. CCCC. LV. AN. SAND. LORENZEN. TAG. ZENON. ZEIT. STARB. DER. EDEL. UND. VEST. VLRICH. EBRAN. ZUE. WILDENBERG. DEM GOT. GENADE.“

AD TABULAM VI.

Epitaphium Heinrici Ebrani genuflexi lapidi commiſſum 6′ 2″ alto 3′ lato, cum hac ſubſcriptione:

„*Ano dni MCCCCIX. XV. Nov. ſtarb der edel und veſt hainrich Ebran zu Wildenberg vnd Schernök der älter der in diſem gottzhaus begraben ligt dem got gnädig ſej.*“

Praeter Ebranianum cernuntur coram ipſo adgeniculante ſcuta trium Vxorum I. de *Ahaim*, II. de *Pienzenaw*, III. de *Weiſpriach*, ſupra vero I. Aviae de *Granſen*, II. Matris de *Gumpenberg*.

MONU-



MONUMENTA
ROHRENSIA.
DIPLOMATARIUM
MISCELLUM.

Num. I. Fundatio Collegii Rohrenſis. An. 1133.

otum ſit igitur cunctis fidelibus, quod ADALBERTUS vir nobilis dictus de *Ror*, ac ſecundum dicta virorum antirum Comes de *Rotnmann* *), tradidit publice ac legitime lium ſuum, quod *Ror* dicitur cum omnibus appendiciis ſuis licet in ſuperiori *Ror* — — — hec omnia tradidit in manum rabilis Patris ac Domini HEINRICI Epiſcopi *Ratiſponenſis* r altare S. *Petri* aſtante Clero & populo ea condicione, ut *or* Regulares Canonici ſecundum regulam B. *Auguſtini* ordina-

*) Potius de *Rietenburg*, vel *Rotenek*.

dinarentur, quibus neceſſaria de predictis rebus communiter miniſtrarentur. Et ipſe ſupradictus ADALBERTUS pauper Chriſti factus ſtatim communem vitam ibidem aggreſſus eſt. Et predictus Epiſcopus cum conſenſu Cleri ſui *Brunonem* virum religioſum & induſtrium eidem loco prefecit. *)

Num. II. Teſtimonium uetuſtum hujus fundationis.

Notum ſit uniuerſis quod Dominus ADALBERTUS vir liber nobilis & illuſtris dictus de *Ror* qui dedit cuncta que de patrimonio ſuo habuit ad manus Reuerendiſſimi Patris & Domini Domini HAINRICI *Ratiſponenſis* Epiſcopi ſuper altare ſancti *Petri* Apoſtoli in *Ratiſpona* aſſtante Clero & populo tali condicione ut in *Ror* Canonici Regulares ſecundum regulam beati *Auguſtini* Epiſcopi ordinarentur quibus neceſſaria de predictis rebus miniſtrarentur communiter. Et ipſe ADALBERTUS pauper Chriſti factus ſtatim communem vitam ibidem agreſſus eſt. Prefatus eciam Dominus Epiſcopus *Brunonem* virum religioſum eidem loco prefecit & ipſum Monaſterium in propria perſona dedicauit in honore *Marie* ſemper Virginis A. D. M. C. XXXIII. VI. Octob. noluit eciam Monaſterium habere Aduocatum. *Vide Tab. I.*

Num. III. Epiſcopalis confirmatio dictae fundationis. An. 1133.

Notum ſit uniuerſis Chriſti fidelibus tam ſucceſſuris quam preſentibus, qualiter ego HEINRICUS *Ratiſpon* eccleſie Epiſcopus *Rorenſem* Eccleſiam ſuſcepi & ad ſucceſſores meos Epiſcopos iuſte legitime ac pie tenendam tuendam atque fouendam

*) Ex Chronico MS. hujus Loci.

dam tranſmiſi ADALBERTUS quidam vir nobilis tradidit publice ac legitime predium ſuum quod *Rore* dicitur cum omnibus appendiciis & poſſeſſionibus ſuis in manum meam ſuper altare ſancti *Petri* aſſtante Clero & populo noſtro ea videlicet condicione, ut Regulares Canonici ſecundum regulam ſancti *Auguſtini* ordinarentur quibus neceſſaria de predictis rebus miniſtrarentur communiter. Et ipſe predictus ADALBERTUS ſtatim communem vitam ibidem aggreſſus eſt. Nos vero cum aſſenſu & conſilio Cleri noſtri *Brunonem* virum religioſum & induſtrium eidem loco prefecimus & modis qui tunc nobis occurrerunt locum ipſum honorauimus & in poſterum amplius magnificare & honeſtare decreuimus. Statuimus igitur cum fauore & aſſtipulacione omnium generali & irretractabili ſanctione ut de cetero ſibi Fratres *Rorenſes* Prepoſitum cum oportet libere & canonice eligant & terminum parochie ſue *Rore* ſuperius & inferius & *Alnpach* cum ſuis pertinentiis. Sepulturam vero de Epiſcopatu noſtro qui eam ibi poſtulauerint libere habeant. Decimamque de laboribus propriis & animalibus nulli omnino debeant. Siquis eciam de his qui rebus Epiſcopii inbeneficiati ſunt predicte Eccleſie beneficium ſuum tradere voluerit liceat hoc cum manu Epiſcopi facere & nullus Epiſcoporum prevaleat hoc contradicere vel mutare. Porro Aduocatum ſingularem predictus locus nullum habeat ſed ſiqua forte maior cauſa concambii vel quelibet alia cauſa emerſerit coram Epiſcopo vel kathedrali clero aut coram principali aduocato ſi res poſtulat agatur terminetur atque roboretur. Siquis vero Epiſcopus predictam eccleſiam quod abſit perturbare aut bona eius inbeneficiare aut iura immutare vel caſſare voluerit fratribus eiuſdem eccleſie ſedem apoſtolicam appellandi & ad ipſam confugiendi & ita a dominio & poteſtate eccleſie *Ratiſponenſis* diſcedendi

libera

libera facultas erit, & ut hec noſtra conſtitucio & conceſſio indubitabilis & inuiolabilis perpetuis maneat temporibus hanc inde cartam conſcribi & ſigillo noſtro muniri precepimus.

Num. IV. Ceſſio tertiae partis Decimarum in Ober-Rohr. An. 1135.

Noverint omnes fideles & preſentes & ſucceſſuri quod ego *Engelfridus* Dei Gratia Abbas Monaſterii ſancti *Emmerami* intuitu charitatis & diuine retribucionis peticionem nouelle *Rhorenſis* eccleſie benigne ſuſcepi & ei terciam partem decime de *ſuperiore Ror* que nobis ex antiquo debeatur cum aſſenſu & beneplacito fratrum noſtrorum totius videlicet congregacionis preſente & faciente Domino noſtro Epiſcopo HEINRICO iure perpetuo tenendam conceſſi. Interfuerunt autem huic actioni de choro S. *Petri Gottfridus* Can. & Prepoſitus, *Wolferus* Cuſtos *Altmannus* Parochianus, *Vdalricus* Capellanus, *Perchtoldus* Cellerarius, Miniſteriales quoque *Vdalricus* Vicedominus, *Sigehardus* de *Eberſpaint*, *Ortwinus* Prepoſitus, *Chuno* de *Geislingen*, *Chuno* de *Pueche* & alii. Anno a Natiuitate Chriſti MCXXXV.

Num. V. Bulla confirmationis Innocentii PP. ſecundi. An. 1136.


INNOCENTIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilecto filio *Brunoni* Prepoſito & fratribus in *Rorenſi* Eccleſia congregatis canonicam vitam profeſſis tam futuris quam preſentibus in perpetuum. Officii noſtri nos hortatur auctoritas religioſa diligere loca, & ea optate peticionis patrocinio confouere. Proinde dilecti in Domino filii veſtris peticionibus clementer annuimus &

Roren-

Rorenſem Eccleſiam in qua diuino vacatis officio ſub beati *Petri* & noſtra tutela ſuſcipimus & preſentis ſcripti pagina communimus ſtatuentes ut Ordo canonicus iuxta beati *Auguſtini* regulam in eodem loco perpetuis temporibus inuiolabiliter conſeruetur. Preterea quecunque bona, quaſcunque poſſeſſiones ex conceſſione venerabilis fratris noſtri HEINRICI Epiſcopi *Ratisb.* liberalitate Principum oblacione fidelium ſeu aliis iuſtis modis propicio Deo poteritis adipiſci firma vobis & in perpetuum illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli hominum fas ſit veſtram prefatam eccleſiam temere perturbare aut eius poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere minuere ſeu quibuslibet vexacionibus fatigare ſed omnia integra conſeruentur eorum pro quorum gubernacione & ſuſtentacione conceſſa ſunt uſibus profutura. ſiqua ſane in poſterum eccleſiaſtica ſecularisue perſona huic noſtre conſtitucioni ſcienter contraire temptauerit ſecundo tercioue commonita ſi non preſumpcionem ſuam congrua ſatisfaccione correxit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reamque diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat & a ſanctiſſimo corpore & ſanguine Dei ac Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti fiat aliena atque in extremo examine diſtricte ulcioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti quatenus hic fructum bone accionis percipiant & apud diſtrictum Judicem premia eterne pacis inueniant.



Ego INNOCENTIUS katholice Eccleſ Epiſcopus
Ego Guilielmus Preneſtinus Epiſcopus.
Ego Guido Tiburtinus Epiſcopus.
Ego Wido indignus Sacerdos.



Data

Data *Piſis* per manum *Almerici* S. R. E. Diac. Card. & Cancell. VIII. Kal. Maii Indićt. XIIII. Incarnacionis Dominice Anno Milleſimo Centeſimo XXXVI. Pontificatus Domini INNOCENTII PP. anno VII.

Num. VI. Dotatio Infirmariae. An. 1138.

Pateat piis Eccleſie filiis, quod ego *Heinricus* beati *Petri* in ciuitate *Ratiſpona* qualiſcunque Canonicus animadvertens oblaciones fidelium propria preteritorum *) patrimonia Chriſti pauperum, variis modis diſtrahi, & ab hoc ſerpente maligno indigentias inter ſeruos Dei, triſticias, ebetudines, amaritudines, ſimultates, indignaciones, murmuraciones, detraćtiones, iras, rixas, odia, ſequi. frequenti & diutina deliberacione mecum habita cogitaui Deo operante & miſerante huic cancro indigentie *rorenſi* eccleſie aliqua inuenire remedia. *Rorenſis* enim eccleſia a viro nobili & bono ADALBERTO meo conſilio, meo auxilio fundata, ordinata & roborata eſt. Nam cum in exordio fundacionis eius, poſſeſſiones fundatoris vićtui & amićtui Congregationis minus ſufficerent, fundatoris bona ex integro *cellario* diſtinximus (deſtinavimus). Ego autem, & frater meus *Adalbertus* **) tunc ibidem conuerſus

*) Legendum, (pretia peccatorum).

**) Iſtum *Adalbertum*, *Henrici* fratrem, ab *Adalberto* fundatore diverſum ait Cl. D. *Canoniae Rohrenſis* Editor, & utrumque comites facit Lineae *Abenſpergenſis*, in ſchemate tamen abs ſe adornato omnino praeterit.. Quapropter ſuſpicari fas erit, hunc *Henricum* non alterius, quam *Adalberti*, fundatoris principalis germanum, lineae *Rohrenſis* comitem, *Magni* filium exſtitiſſe. Ipſus enim profitetur, *primo*, Rohrenſem Eccleſiam ſuo conſilio, ſuo *auxilio* ab ADALBERTO *fundatam*, ordinatam, & roboratam: *ſecundo*, ſe fundatoris poſſeſſiones, cum

verſus, predia noſtra *veſtiario* contulimus. procedente autem tempore cum utilitates, dampna, pericula loci plenius & euidentius longa experientia didiciſſem, a *veſtiario*, cui ante totum ſtudium impenderam, non ſine moleſtie cauſa, manum retraxi & ad *infirmariam* plantandam, dilatandam, muniendam totum deſiderium, totum ingenium, omnes vires meas intendi. Et

cum *victui* & *amictui* minus ſufficerent, ex integro *cellario* cum eodem deſtinaſſe; Addit *tertio*, ſe cum *fratre ſuo Adalberto*, tunc ibidem *converſo* predia ſua *veſtiario* contuliſſe; *Quarto*, retracta manu a *Veſtiario* ſe totum ad *Infirmariam* plantandam &c. contuliſſe. Quis heic non videat duos germanos, communi conſilio eidem fundationi intentos? Aut, quis iſte *Adalbertus conuerſus*, ab *Adalberto* fundatore, pariter ibidem & eodem tempore *conuerſo* diverſus, inter Abenſpergenſes plane ignotus? Igitur haut immerito exiſtimamus, unum, eundemque *Adalbertum*, cum fratre ſuo *Henrico*, diverſas inter ſe haereditarias opes partim *Veſtiario*, partim *Cellario*, partim *Infirmariae*, deſtinaſſe, ſicque iſtud coenobium communi conſilio & auxilio ex *integro* fundaſſe, Poſterorum beneficiis ampliandum. Sit ergo *Adalbertus*, primus & principalis Fundator, ſed non *ſolus*, quippe qui fratris ſui *Henrici* conſilio uſus, & auxilio in ipſa *fundatione* ſubfultus fuit, prout ſequens ſchema exhibet.

Babo Abenſpergenſis

Rupertus de Rohr & Rietenburg
Vxor Wiltrudis

Magnus de Rohr
Vxor Irmengardis

Adalbertus * Henricus
Coelebs Can. Ratiſpon.
Fundatores Rohrenſes.

Henricus de Rietenburg
Vxor Richardis

Otto I de Rietenburg.

* Citatus Editor huic *Adalberto* conjugem tribuit *Adelheiden* de *Wolfratshauſen*, *Aventino*, *Hundio*, *Köhlero*, omnibus ignoratam, nec ullo teſte comprobatam. Nos arbitramur, illum uti Prole, ita uxore caruiſſe, perpetuo coelibem.

Et in preſentiarum quidem *infirmarie* hec, que ſubternotata ſunt, collegi. *Rore* in ipſa villa duas hubas, totam decimam aput *Allnpach*, aput *Reichenreut* duas curias, in *Au* curiam unam, aput *Laushaim* curiam unam, aput *Mandlkirchen* curiam unam, aput *Stein* curiam unam, aput *Grünenbach* curias duas, aput *Helchenpach* curiam unam, aput *Lohn* curiam unam, aput *Truhnhofen* curias duas, aput *Wintzer* curiam unam cum areis & vineis. Aput *Unholzingen* II hubas, aput *Ganacker* curias II. In ciuitate turrim iuxta danubium, que reddit II libras. Ibidem aream que reddit dimidiam libram. Inter latinos domum, que reddit XII ſolidos. In foro dimidiam quidem domum cum arrha, que reddit XI ſolidos. Ibidem cellarium quod reddit IIII ſol. Maccellum reddens XL. d. Iuxta portam *Ruzim* domum lapideam & ligneam. In curia mea capellam cum ſuis edificiis & domum lapideam auſtralem cum pomerio. Aream iuxta ſanctum Paulum que reddit XXV den. Parturio autem & Deo propitio enitar ipſam infirmariam ab omnium omnino poteſtate ſingulari emancipatione & in communem totius congregacionis literatorum ſcilicet & illiteratorum diligenciam, conſilium & beneplacitum ſub generalis ſanctificacionis anathemate confirmare. Datum *Ratiſpone* VI Idus May M. C. XXXVIII.

Num. VII. Conſtitutio primi Advocati Geboardi Comitis de Abensberg. An. 1138.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis ego HENRICUS Dei Gracia *Ratiſponenſis* Epiſcopus omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus. Quia noſtri iuris & officii omnibus nobis commiſſis debite ſolicitudinis curam impendere, Nos quidem in *Rorenſi* Eccleſia propter peticiones & violentiam Advocatorum, hactenus Aduocatum declinauimus, ſed nunc ob iniuriam

iuriam & violentiam non ſolum extraneorum, ſed etiam propriorum mutato conſilio Aduocatum aſſumere deliberauimus. Famuli enim eiuſdem Eccleſie poſt predas & contumelias in tantam audaciam proruperunt, quod eciam in mortem ipſius Prepoſiti conſpirauerant; proinde nos ut illorum peruerſitatem refrenemus, & ceterorum iniurias propulſemus, prefate Eccleſie Aduocatum aſſumentes formam ipſum eligendi & ſtatuendi, ſed & modum iuri ipſius prefigimus.

Te igitur GEBOARDE, ad quem nichil penitus de iure ſuprafate Eccleſie aut poſſeſſionum illius aliquo modo reſpiciebat, unanimi Congregacionis illius conſilio & aſſenſu ad Tutoris & Actoris officium & hoc pro remedio anime tue, ſi tibi placet, aſſumimus officium commendantes non Beneficium concedentes. Hoc autem officium nunquam hereditario iure ad filios tuos, aut ad cognacionem tuam deſcendat, ſed nec ad te ipſum pertineat, niſi quouſque eccleſiam illam, & que illius ſunt, fideliter & utiliter tueri volueris, tu vel tua poſteritas ſub eodem tantum iure includenda. Quodſi ad moleſtiam exaccionum gratia queſtus deuiaueris, ſit libera facultas Prepoſito deliberato conſilio te amouere, & alium, quem utiliter prouiderit ſubſtituere. Annis autem ſingulis circa feſtum beati *Michaelis* placitum in cella ubi prepoſitus voluerit cum familia Eccleſie habeas. Et ſiquid de compoſitionibus iniuriarum acceſſerit, huius rei tercia pars te contingat, & due fideliter Eccleſie reſeruentur In die vero placiti de collecta familie clauſtralis modius tritici, & porcus ad eſtimacionem quadraginta numorum, & quinque anſeres & decem galline & Vrna una medonis & una vini, & due cereuiſie dentur. Et de horreo fratrum equis bis ſexaginta manipuli auene miniſtrentur. huic actioni interſuerunt preſentes fra-

tres *Adelbertus* Decanus, *Gotfridus* Cappellanus, *Wolferus* Cuſtos, *Gidungus* magiſter ſcolarum, *Heinricus* Capellanus, *Pertholdus* Cellelarius, *Rudpertus* de *Chambe*, *Pertholdus* de *Canſa*. Laici autem, qui aderant, ſunt hi: OTTO urbis prefectus & filius eius HENRICUS, HENRICUS *Comes de Wolfrateshulen*, ERNISTUS *de hohenburk*, UDALRICUS *de Steine*, *Wiknandus de* Haſelbach, *Rigwinus de Manigoltingen*, *Udalricus Vicedomnus* & filius eius *Udalricus*, *Sigehardus de Eberſpuinde* & filius eins *Sigehardus*. *Otto Chnuer*, *Uto de Penn-Kappelle*, *Purkardus* de ſancto Paulo, *Hartwicus de Canne*, *Engilmarus de Gozoldeshülen*, *Udalricus de Arbenhouen*, *Adelbrech de Hursbach*, *Henricus* fratres eius. *Durnhart* & *Henrich*, *Gotfridus de Kirchtorf*, *Bruno de Prukke*, *Madelger de Buloch*, *Eppo de Rüde*, *Chuno de Egenhuſen*, *Mahto de Minigenhuſen*, *Wolfram* & *Purkart de Ouenſteten*, *Willehalm de Charbach*, *Sigwoto filius Megenwardi de Charbach*, *Otto filius Richeri de Egenhuſen* & plures alii. Anno ab Incarnacione Domini Milleſimo Centeſimo Triceſimo octauo Indictione XI. IIII Kal. Octobris.

Num. VIII. Traditio Praedii de Winckelſaſs. An. 1139.

Quidam liber homo *Wernherus* de *Winckelſaſs* tradidit propria manu *Rorenſi* Eccleſie predium ſuum apud *Winckelſaſs* cum Eccleſia. Teſtes ſunt *Albertus de Muſs*, *Rudgerus & Bruno de Winckelſaſs*, *Otto de Helchenpach*, *Meingor de Luenchouen*, *Palduin de Aſelpach*, *Albertus de Peukaim*, *Gotfrid de Kirchdorf*, *Heinrich Magon*. *Heinrich* & frater eius *Wernhart* & *Atelhauſen*, *Dipalt* & filius eius de *Tierſtorf*, *Fridrich de Perge*. Actum MCXXXIX.

Num. IX.

Num. IX. Conceſſio decimarum in Winzer. An. 1145.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis Ego HEINRICUS diuina fauente clementia *Ratiſponenſis* Eccleſie Epiſcopus. Apoſtolica doctrina nos admonet. ut operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domeſticos fidei. quod in regularibus fratribus. & communis vite profeſſoribus optime adimpleri dubitare non poſſumus. Inde eſt quod nos religionem regularium fratrum *Rorenſis* eccleſie intuentes.. atque indigentiam ipſorum miſerationis oculo contemplantes. neceſſitatibus illorum communicare decreuimus. & in ſpe diuine retributionis aliquod ſolatium eis conferre intendimus. Itaque pro amore Dei omnipotentis decimam de predio ipſorum quod vocatur *Winzer* annuentibus A*) parrochiano noſtro. ceteriſque principalis Eccleſie noſtre Canonicis *Rorenſi* Eccleſie ex integro concedimus. adicientes & ſtatuentes. ut fratres eiusdem Eccleſie ſiquas in eodem predio ſuis ſumptibus inculta excolentes vineas plantauerint. decimas inde nulli omnino debeant. ſed eas tam de vineis quam de agris & de animalibus ad inſtaurationem eccleſie ſue in perpetuum retineant. Fecimus quippe hoc domini noſtri EUGENII pape factum imitantes. qui eandem Eccleſiam ſue auctoritatis priuilegio ſtabiliuit. decimamque ei de noualibus & de ſuis laboribus ac ſumptibus in perpetuum conceſſit. Ut autem hec noſtra conſtitutio & conceſſio rata atque indubitata in poſterum permaneat. hanc inde cartam conſcribi & ſigillo noſtro ſignari precepimus .: . . . . . Actum eſt *ratiſpone* in maiore Eccleſia S. Petri Anno ab Incarnatione Domini M. C. XLV. Indict. I. V. Kal. Mai.

Num. X. Bulla Confirmationis Eugenii Papae III. An. 1152.

EVGENIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilecto filio *Eberhardo* prepoſito *Rorenſis* Eccleſie eiuſque ſucceſſoribus regu-


*) Id eſt Altmanno, ut ex literis, N. XIV. conſtat.

regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Religioſis deſideriis dignum eſt facilem prebere conſenſum, ut fidelis deuocio celerem ſortiatur effectum, eapropter dilecte in Domino fili! tuis iuſtis poſtulacionibus clementer annuimus, & prefatam eccleſiam, cui Deo Auctore preeſſe dignoſceris, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti priuilegio communimus ſtatuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quecunque bona eadem eccleſia in preſentiarum iuſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largicione Regum vel principum, oblacione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma tibi tuiſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Predia quoque vineas, domus, areas, & alia, que HEINRICUS *Ratiſponenſis* Canonicus Eccleſie veſtre intuitu deuocionis iuſte conceſſit, vobis & per vos ipſi Eccleſie nihilominus confirmamus. Statuimus preterea, ut Ordo Canonicus, qui ſecundum B. *Auguſtini* regulam in eodem loco noſcitur conſtitutus, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter conſeruetur. in Parochialibus vero Eccleſiis, quas tenetis, Presbyteros eligatis, & Epiſcopo preſentetis, quibus ſi idonei fuerint, Epiſcopus animarum curam committat, ut de plebis quidem cura Epiſcopo racionem reddant, vobis vero pro rebus temporalibus debitam ſubiectionem exhibeant. Decernimus ergo, &c.



Ego Eugenius katholice Eccleſie Epiſcop.

Gregorius Presbiter Card. tt. Calixti.
Octauianus Presbiter Card. tt. S. Cecilie.



Ego Julius Presbiter Card. tt. S. Marcelli.

Datum Rome apud ſanctum Petrum per manum Roſonis S. Romane Eccleſie ſcriptoris Idus Februarii Indiccione I Incarnacionis Dominice Anno MCLII Pontificatus vero Eugenii III Pape anno VIII.


Num. XI. Protectorium caeſareum. An. 1158.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis amen Fridericus diuina fauente clementia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus ſignificamus tam future poſteritati quam preſenti etati prepoſitum Rorenſis Eccleſie *Eberhardum* nomine in ſpiritu humilitatis ad noſtram preſenciam in conſpectu Principum veniſſe, & ut pro ſalute anime noſtre, noſtrorumque Progenitorum Eccleſiam ſuam cum omnibus pertinentiis ſub dextera noſtre defenſionis ex imperiali potentia reciperemus ſupplicando impetraſſe. Quia vero Eccleſia Dei tanto validioribus eget auxiliis, quanto mayoribus neceſſitatibus urgetur & defectibus, nos quoque quia ſpeciali patrocinio noſtro omnibus Eccleſiis preeſſe debemus, & prodeſſe peticioni eiuſdem prepoſiti eoquod probabilis & ſatis rationabilis eſſe videbatur, fauorem & aſſenſum noſtrum prebuimus, & eccleſiam eius bonaque omnia ſibi pertinentia, & omnes poſſeſſiones tam in aquis quam in terris, quaſcunque in preſenti poſſidet, & in futurum largiente Deo poſſeſſura eſt ſub imperialis tutele brachio hec omnia fouenda, protegenda, & contra omnem impetum iniurie, violentie, iniuſtitie manu tenenda libere & integre recepimus imperiali auctoritate & banno precipientes, ut quecunque idem prepoſitus ad fructum eccleſie ſue hactenus elaborauit, & de cetero ipſe, ipſiuſque ſucceſſores ad emolumentum eiuſdem Eccleſie contraxerint, in pace ſint omnia, & nemo ſit, qui exterreat, nullus,

qui

qui uſurpare audeat, nec ſtatuta noſtra infringere preſumat. Siquis autem huic noſtre inſtitucioni contraire vel aliquid obloqui habet, ab omnibus bonis ipſius Rorenſis Eccleſie manus tamdiu contineat, donec in preſentia noſtra vel iudicum, in quorum poteſtate ipſe locus ſitus eſt, vel obtineat, vel iure careat. Preterea hanc inſtitutionem noſtram ymaginis noſtre impreſſione roborando confirmamus, & poſteris noſtris Regibus & Imperatoribus inuiolabiliter conſeruandam deſtinamus decernentes, ut quicunque vel Aduocatus vel alia quelibet perſona contra paginam noſtram venire preſumpſerit, centum libras auri puriſſimi componat, dimidiam partem Camere noſtre, & dimidiam partem prefate Rorenſi Eccleſie. Huius rei teſtes ſunt *Retherus Prumienſis* Abbas, *Nicolaus Sigebergenſis* Abbas, *Albertus Aquenſis* Prepoſitus, *Gerardus Magdeburgenſis* Prepoſitus, *Heinricus* Comes de *Lemburg*, Comes *Eymrico*, *Marquardus de Grönbach*.

Signum Doñi Friderici Rom. Imperatoris
ſemper Auguſti & Inuictiſſimi



Ego Reinaldus Cancellarius vicedomini Arnoldi Mog. Archiepiſcopi & Archicancellarii recognoui.

Datum in Pintaeke V Kal. Maii anno Dominice Incarnacionis MCLVIII Indic. VI Regnante Dño Friderico Romanorum Imperatore Inuictiſſimo anno regni eius VII Imperii vero tercio Amen.

Num-

Num. XII. Traditio Curiae Alnpach. An. 1162.

Conradus de *Roning* tradidit *Rorenſi* Eccleſie curiam unam apud *Alnpach* cum Eccleſia & cum omnibus ſibi attinentibus. preterea tradidit XXIIII mancipia ſcilicet *Lewkardum* & filium eius *Radulſum*, qui etiam tradiderunt predium ſuum in *Alnpach* ſitum *Rorenſi* eccleſie. Huius rei teſtes ſunt *Wernherus de Aſpach* & frater eius *Hertnidus*, *Walterus*, *Regenhardus*, *Gerhalmus*, *Pernnhardus*. Quorum rogatu *Lewkardus* & filii eius tradiderunt *Rorenſi* Eccleſie ſupradictum predium anno MCLXII.

Num. XIII. Traditio Decimae in Alnpach. Circa idem tempus.

Notum ſit uniuerſis Chriſti fidelibus, quod HERTWICUS *Ratiſponenſis* eccleſie Epiſcopus tradidit *Rorenſi* eccleſie decimam capelle in *Alnpach* cum aſſenſu & peticione *Radulfi* & filiorum eius quorum fuerat beneficium eadem decima. Teſtes ſunt *Heinrich Senchouen*, *Alram de Hofdorf*, *Conrat de Geſilinge*, *Gotfrid Camerarius*, *Heinrich Florngut*, *Ulrich de Peucheim*, *Zacharias de Umelſdorf*, *Rudolf de Alnpach*, *Otto de Utelinge*.

Num. XIV. Confirmatio Decimarum in Winzer. An. 1216.

∴ In ∴ Nomine ∴ Sancte ∴ & ∴ Indiuidue ∴ Trinitatis ∴ Amen ∴ CHUNRADUS ∴ Dei ∴ Gratia ∴ *Ratiſponenſis* ∴ Eccleſie ∴ Epiſcopus ∴ Si vel rariori operante in nobis gratia. vel impoſſibilitate prepediente. nequimus bonum operari ad omnes. ut monet Apoſtolus· equum tamen eſt & ſalubre.

bre. ut aliorum. & precipue predeceſſorum noſtrorum facta pia & laudabilia. ſaltem approbemus. & rata conſeruemus. & ſi qua forte per obliuionem ſub dubium. vel accurate vertuntur ſub litem. reuocemus in ratum. & auctoritatis noſtre munimine ulterius roboremus. Qua conſideratione notum facimus uniuerſis tam futuris quam preſentibus. quod cum unus predeceſſorum noſtrorum HEINRICUS felicis memorie quondam *Ratiſp.* Epiſcopus. ſancto exemplo venerabilis patris EUGENII pape pie motus. eccleſie *Rorenſi* benefeciſſet. decimas tam uinearum quam agrorum de predio ſuo in uilla *Winzer.* cum conſenſu *Altmanni* tunc Plebani. & ceterorum canonicorum eccleſie noſtre principalis. ei donando perpetualiter. & hoc ex antiquitate ab hominum noſtri temporis excidiſſet memoria. *Fredericus* maior plebanus eccleſie noſtre inductus a quibusdam *Heinricum* prepoſitum & conuentum de *ROR* coram nobis traxit in cauſam. aſſerens. quod eedem decime ſibi deberent peruenire. Memoratus vero prepoſitus priuilegium quoddam quo anteſatus Epiſcopus eccleſie ipſius. donationis ſue confirmarat beneficium. in medium produxit. vere antiquitatis ac ueritatis plene karacterem continens. per quod ſufficienter probauit choro noſtro preſente. eccleſie ſue debere predictas decimas peruenire: Nos itaque priuilegio eodem inſpecto attentius. & ipſo vero prorſus inuento. memorato plebano ſuper eisdem decimis impoſuimus ſilentium. & ipſe ceſſit. & impetitioni ſue coram nobis & choro. publice renunciauit. Ne igitur vel ab eodem plebano. vel a quocunque ſucceſſorum ſuorum. eccleſie *Rorenſi* ſuper predictis decimis. tam uinearum quam agrorum predii ſui in *Winzer.* patrocinante antiquo illo priuilegio. & preſenti. aliqua in poſterum inquietatio uel impetitio. poſſit uel debeat ſuſcitari de cetero. per hanc paginam inde conſcriptam. antiquum illud priuile-

uilegium innouauimus. & eam impreſſione ſigilli noſtri. ac teſtium fecimus inſigniri ſub notatione: Teſtes autem hi ſunt clerici. *Gotefridus* maior prepoſitus *Chuno* decanus. *Hugo de Lerchenuelt*. *Heinricus* prepoſitus ſancti Johannis. Magiſter *Robertus* Scolaſticus. *Udalricus* Scriba. *Udalricus de Talmaeringen*. *Eberhardus de Ruſlingen*. Magiſter *Hermannus*. *Heinricus* Obellarius. Laici *Chunradus de Höhenvels*. *Chunradus de Schrötershouen*. *Heinricus Wallaer*. *Hoerwinus Sculteta*. *Willielmus ante urbem iudex*. *Karolus Rex de Judenbruke*. *Heinricus de Seirichingen*. *Heinricus* aput Capellam. *Rudgerus* frater eius. *Leopoldus prägaer*. *Rudegerus* Thelonearius. & alii quam plures. Acta ſunt hec anno incarnationis dominice. M. CC. XVI. Indictione IIII. Epiſcopatus noſtri anno tercio decimo. Data *Ratiſpone* per manus Eberhardi notarii noſtri. quinto Kal. Junii.

Num. XV. Protectorium Caeſareum. An. 1231.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis FRIDERICUS ſecundus diuina fauente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus *Jeruſalem* & *Sicilie* Rex. Regi Regum de cuius clementia regimen moderamur imperii & diuerſorum feliciter obtinemus ſceptra regnorum debita gratitudine complacemus, ſi locis diuino cultui deputatis noſtri munimen culminis & munificentie noſtre beneficium liberaliter elargimur. Nec indigne titulos laudis acquirimus, ſi noſtrorum aliquis Principum ad id interuentu fauorabili nos inducit. Preſentis itaque ſcripti ſerie nouerit preſens etas & futura poſteritas, quod dilectus Princeps noſter Sy *) venerabilis *Ratisbonenſis* Epiſcopus imperialis aule Cancellarius noſtre celſitudini propenſius ſupplicauit, quatenus *Rorenſe* Cenobium olim a ſuis fundatoribus eidem ſue *Ratiſponenſi*

*) Syfridus.

nenſi eccleſie pia deuotione collatum felicis memorie Aui noſtri divi Auguſti Domini FRIDERICI veſtigiis inherendo cum omnibus fratribus bonis poſſeſſionibus & perſonis eidem cenobio pertinentibus; ſub noſtra Imperiali proteccione ſaluo eiuſdem Epiſcopi & ſucceſſorum ſuorum iure recipere & priuilegium quod ab eodem Auo noſtro pro bono ſtatu ac libertate cenobii conſeruanda indultum extitit de noſtra dignaremur Cracia confirmare. Nos igitur ſuis iuſtis ſupplicationibus benignius inclinati prediĉtum *Rorenſe* cenobium cum omnibus fratribus in eo degentibus, bonis, poſſeſſionibus ac perſonis ad ipſum ſpeĉtantibus ſub noſtra & Imperii proteccione ſaluo eiuſdem *Ratiſponenſis* eccleſie Epiſcopi & ſucceſſorum ſuorum iure recipimus ſpeciali, confirmantes eidem monaſterio de Munificencia noſtra priuilegium, quod a prediĉto Auo noſtro diue recordacionis Auguſto fuit pro bono ſtatu & libertate ipſius monaſterii conſeruandis obtentum ſicut in eodem priuilegio plenius continetur. Statuimus preterea ſpecialiter interuenientis obtentu & preſentis priuilegii auĉtoritate ſancimus, ut quia monaſterium ipſum non hereditarium ſed eleĉtum gratuito habuit Aduocatum primitiua libertate *Ratiſponenſium* Epiſcoporum priuilegiis roborata letetur, & nulli liceat ſub pretextu ſeu titulo beneficiarie conceſſionis fratribus eiuſdem cenobii, hominibus aut colonis eorum contra eandem liberatem exacciones illicitas aut grauamina indebita imponere, val bona iuſto titulo ſibi collata, vel que in antea racionabiliter conferentur contra iuſticiam inuadere & preter iuris ordinem deſtituere vel auferre. preſentis inſuper priuilegii auĉtoritate mandamus, quatenus nemo quietem prediĉti monaſterii perturbare, aut infra clauſtrum & ambitum eiusdem cenobii quelibet iudiciaria ſeculariſue poteſtas preſumat cauſas agere, aut iudicia ſecularia exercere, per que fratres

tres ibidem ſub regula beati *Auguſtini* Domino famulantes non poſſent quiete ac libere diuinum officium celebrare. Siqua vero perſona ſublimis vel humilis, eccleſiaſtica vel mundana contra preſentis proteccionis & confirmationis noſtre paginam venire temptauerit, penam viginti librarum auri ſe compoſiturum agnoſcat, medietatem curie noſtre ac reliquam parti iniuriam patienti. Ut autem hec protectio & confirmacio noſtra perpetuam obtineant firmitatem, preſens priuilegium fieri & ſigillo Mayeſtatis noſtre iuſſimus communiri. huius autem rei teſtes ſunt B. Patriarcha *Aquileyenſis*, *Magdeburgenſis*, *Rauennas* & B. *Panormitanus* Archiepiſcopi. E. *Babinbergenſis*, *Wormacienſis*, *Brixinenſis*. H. *Reginus* & *Metinenſis* Epiſcopi. A. Dux *Saxonie*. O. Dux *Meranie*. B. Dux *Karinthie*. Comes *Heinricus de Horzinberg*, Comes de *Naſſaw*, Comes *Correnſis* de *Hohenloe*. C. Pincerna *Warnerius de Bollandia*. M. *Marchio Lanza*. *Riccardus* Camerarius & alii quam plures.

Signum Dñi Fride-  rici ſecundi Dei gratia inuictiſſimi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti Jeruſalem & Sicilie Regis.

Ego *Syfridus* Imperialis Aule Cancellarius vice Dñi Colonienſis Archiepiſcopi tocius Italie Archicancellarii recognoui.

Acta ſunt hec anno Dñice Incarnacionis milleſimo ducenteſimo trigeſimo primo menſe Januar. V. Indic. imperante Dño noſtro FRIDERICO Dei gratia inuictiſſimo Romanorum Imperato-

ratore ſemper Auguſto *Jeruſalem* & *Sicilie* Rege anno Romani Imperii eius duodecimo Regni Jeruſalem ſeptimo, Regni vero Sicilie triceſimo quarto feliciter amen. Datum in ciuitate *Rauene* Anno Menſe & Indictione preſcriptis.

Num. XVI. Confirmata Donatio Capellae Berg. An. 1231.

In nomine Domini amen. OTTO Dei Gratia *Palatinus Comes Reni Dux Bauarie* omnibus in perpetuum. Cum & Deus precipiat & naturalis hortetur affectus honorare Parentes, certa reuerentie honoris ac dilectionis eorum credimus eſſe indicia, actus eorum laudabiles imitari, ratos habere, irritatos forte cum diligencia reformare preſertim illos, qui ad cultum diuinum & vtilitatem proficiunt ad communem. Eodem modo & nos dilectum Progenitorem noſtrum LUDWICUM Illuſtrem *Palatinum Comitem Reni Ducem Bauarie*, cuius in benedicione optamus eſſe memoriam, acta ſua imitando, rata habendo, irritata reformando reuereri & honorare filiali affectu ac debito cupientes, donacionem ſuam, quam ipſe fecerat Eccleſie *Rorenſi*, donando capellam *Berg* ob reuerenciam Jheſu Chriſti et beate Marie genitricis eius, que poſſeſſione dicte eccleſie circa eandem capellam turbata, irritata iam fuerat, ne turbata cauſa turbetur effectus premii, renouamus memoratam capellam *Berge* de noſtro, ut Deus nobit impertiri de ſuo ob memoriam dicti progenitoris noſtri in predicta *Rorenſi* eccleſia reſumendam, & noſtram ac conſortis thori noſtri AGNETIS illuſtris Duciſſe *Bauarie* ibidem perpetuo peragendam ei donantes ſolenniter & irreuocabiliter cum omnibus attinenciis & omni eo Jure, quod in ea titulo proprietatis temporalium & fundi noſcimus habuiſſe, hoc minutum inter immenſas Dei gracias

pro

pro infinitis noſtris negligentiis fiducia miſeracionum eius, que ſuper omnia eius ſunt opera, offerentes. Propter maius autem robur huius facti, ne in poſterum cuiuſquam dolo, calumnia irritari valeat aut diſſolui, preſens ſcriptum ſuper eo datum ſigillo noſtro & ſubnotacione nominum eorum, quibus preſentibus actum eſt, placuit communiri. Teſtes hi ſunt. Clerici. *Eberhardus de Abnſperg* prepoſitus maioris eccleſie *Ratiſponen.* Magiſter *Marcquardus*, *Fridericus de Stauff* prepoſitus de *Ottingen*, *Hainricus Scriba* prepoſitus *Monaſterienſis*. Laici, *Alhardus de Preiſing*, *Ortliebus de Hayda*, *Sifridus de Frawnberg*, *Sifridus de Frawnhofen*, *Sifridus Fromesl* & alii quam plures. Acta ſunt hec anno dominice Incarnacionis MCCXXXI Data *Ratisb.* VII Kal. Marcii Indictione undecima.

Num. XVII. Compoſitio inter Monaſterium & Advocatum cum determinatione Iurium. An. 1237.

In nomine ſancte & individue Trinitatis amen. *Sifridus* miſeratione diuina *Ratiſponenſis* Epiſcopus imperialis aule Cancellarius pagina preſente contra dolum & obliuionem ſcripti ſigillorumque beneficio roborata per ipſam conſtare uolumus uniuerſis eam inſpecturis, quod nobili viro MEINHARDO Comite de *Roteneck Rorenſem* eccleſiam moleſtante multis & indebitis exaccionibus contra priuilegia data ſuper eiusdem eccleſie libertate poſt multas querelas a prepoſito *Hugone* Conuentuque *Rorenſi* ſuper hys contra eundem Comitem intentatas, tandem ipſo mortuo inter filium eius Comitem videlicet MEINHARDUM & inter venerabilem Prepoſitum *Hugonem* atque Conuentum *Rorenſem*, que ſubnotata eſt, compoſicio interceſſit. Feſtum ſancti *Michaelis* deputatum eſt habendi annuatim placitum

tum inter familiam *Rorenſem* a Comite ſolemniter indicendi, in cella ubi Prepoſito placuerit & de compoſicionibus iniuriarum qualiumcunque ſeu homicidiorum, ſeu contractuum extra familiam, que ibi peruenerint uel alibi alio tempore, ubi uel quando caſualiter uel ſpecialiter fecerit iudicium uel tractatum habuerit ſuper exceſſum alicuius de familia *Rorenſi* due partes cedunt eccleſie, comes vero terciam obtinebit. Ante cuius anni terminum comes propter habendum placitum *Ror* non ueniet, niſi forte ut hoſpes, non ut Judex illuc adueniens querelam poſt placitum obortam audiat & decidat, cuius prouentus modo predicto inter Prepoſitum & Comitem diuidentur. Item nec Comes, nec aliquis Officialium vel hominum ſuorum aliquas exacciones ſeu ſteurarum ſeu veccionum, ſeu aliarum ſeruitutum faciet in homines & familiam eccleſie *Rorenſis*. Item in hoc Comes & Prepoſitus *Rorenſis* mutuo conuenerunt, ut cuius eorum homo cum muliere de alterius familia eorum contraxerit, primogenitus illorum ſequatur Patris condicionem, reliqui eorundem pueri inter eccleſiam *Rorenſem* & comitem equaliter diuidentur. Item ſiquis de familia *Rorenſi* Prepoſito ſe oppoſuerit, Comes illum contra prepoſitum non defendet, ſed compeſcet, ſi ad hoc Prepoſitus ſuum auxilium inuocabit. Et quia vexaciones huiusmodi per hoc ſcriptum ſubmote fuerunt contra Deum & Jus & contra priuilegia, per que iura & libertas *Rorenſis* eccleſie ſunt expreſſa, ut & ſalus comitis & priuilegia eccleſie ſalua permaneant, & eccleſia unacum ſua familia ſit quieta, Conuentus eccleſie *Rorenſis* X libras ſoluet comiti annuatim in feſto ſancti *Martini* de villa *Raimpertisdorf*, quod ſi non ſuppetet ad plenam eiusdem pecunie ſolucionem, Conuentus eccleſie *Rorenſis* defectum ville perficiendo predicte ſumme numerum adimplebit. Ut autem hec forma inuiolabiliter obſer-

obſeruetur ipſam preſenti ſcripto & ſigillis, noſtro uidelicet & Comitis & prepoſiti mayoris eccleſie, Prepoſiti & Conuentus *Rorenſis*. & ſub notacione nominum eorum, quibus mediantibus & preſentibus ordinata eſt, placuit communiri. Teſtes hy ſunt clerici *Eberhardus de habenſperch* mayoris Eccleſie Prepoſitus, *Ulricus de Dorenberch* Prepoſitus ſancti Johannis, Magiſter *Johannes Theſaurarius* eccleſie noſtre canonici. *Rupertus* Prepoſitus ſancti Magni. Laici, *Hoholdus de Wolintſach*, *Ulricus de Arrnbach*, *Heinricus de Woluoltisdorf*, *Otto de Tigingen*, *Heinricus de Woluenhouen*, *Chunradus de Mandilkirchen*, *Sifridus de Wunnenhart*, *Chunradus Grille*. item de familia *Rorenſi Rudigerus Wirt*, *Ortwinus de Mandilkirchen*, *Chunradus Reiſeman* & alii quam plures. Acta ſunt hec anno Dominice Incarnacionis MCCXXXVII Indic̄on. decima. Datum *Ratiſpon*. XV Kalend. Aprilis, Epiſcopatus noſtri anno vndecimo.

Num. XVIII. Translatio Juris Patronatus Capellae Eſchenhart. An. 1241.

EBERHARDUS Dei Gratia *Salzburgenſis* Archiepiſcopus. apoſtolice ſedis legatus. Vniuerſis Chriſti fidelibus. preſentem paginam inſpecturis ſalutem in Domino. Cum pretextu fragilitatis humane labilis ſit memoria hominum neceſſe eſt ut ea que contingunt in tempore per aliquod amminiculum mentibus hominum commendentur. hoc igitur ſcripto quia nullum bonum eſt quod non pulchrius eluceſcat ſi plurimorum notitia comprobetur tam preſentibus patere uolumus quam futuris. quod moti viſceribus caritatis ob noſtrorum predeceſſorum ſucceſſorum que, ac eciam propriorum ueniam delictorum capellam *Eſchenhart* ſitam in dyoceſi *Ratiſponenſi* iure patronatus ad *ſalzburgenſem*

eccleſiam pertinentem cum ſingulis attinenciis monaſterio de *Ror*, eo iure tradidimus, quo ipſa capella pertinere dinoſcitur ad eccleſiam *ſalzburgenſem*. Ita ut ad decorem domus Domini monaſterii videlicet antedicti de redditibus ipſius capelle annuatim luminaria procurentur. Quando eciam nos ab hac luce ſubtrahi contigerit predictum capitulum noſtrum anniuerſarium ſingulis annis peragere in Domino teneatur. noſtrorum predeceſſorum ipſo die memoriam ſimiliter retinendo. Volumus tamen ut in ſignum iuris patronatus ipſius capelle pertinentis ad eccleſiam *Salzburgenſem* Capitulum de *Ror* in feſto translacionis beati *Ruberti* triginta denarios *ſalzburgenſes* offerre ſuper altare beati *Ruberti* annis ſingulis ſimiliter teneatur. Vtque omnia ſupradicta perpetuo gaudeant robore firmitatis pro euidenti teſtimonio & cautella ſigillo noſtro hanc fecimus paginam conſignari. Huius eciam rei teſtes ſunt *Chuno* prepoſitus *ſalzburgenſis*. *Werenherus* prepoſitus de *Perthereſgaden*. *Waltherus* eiuſdem eccleſie canonicus. *Purchardus* plebanus de *puchpach*. Comes *Chunradus de Wazzerburch*. *Albero liber de Walherbuch*. *Rugerus de Perchœim* *Gerohus de Salzburch*, & alii quam plures. Datum aput *Muldorf* Anno Domini M. CC. XLI. Indictione XIIII.

Num. XIX. Conſenſus Metropolitani Capituli Salisburgenſis in priorem Donationem. Anno eodem.

Otto Dei Gratia Prepoſitus *Heinricus* Decanus totumque Capitulum *ſalzburgenſis* eccleſie omnibus preſentem paginam inſpecturis ſalutem in Domino. Vt ea que a rectoribus eccleſiarum vel aliis viris katholicis fiunt ad commodum & ſuſtentacionem religioſorum virorum Deo cottidie famulantium laudabili-

biliter & deuote robur obtineant firmitatis & per obliuionem nequeant aboleri, neceſſitas exigit ſcripture remedio precaueri. Notum ſit omnibus tam preſentibus quam futuris preſentem paginam intuentibus quod Dominus noſter venerabilis EBERHARDUS *ſecundus ſalzburgenſis* archiepiſcopus apoſtolice ſedis legatus motus viſceribus pietatis ob ſuorum predeceſſorum ſucceſſorumque ac etiam propriorum veniam delictorum capellam *Eſchenhart* ſitam in dioceſi *Ratiſp.* iure patronatus ad *ſalzpurgenſem* eccleſiam pertinentem cum ſingulis attinenciis monaſterio de *Ror* eo iure de noſtro communi conſenſu & voluntate tradidit, quo ipſa capella pertinere dinoſcitur ad eccleſiam *ſalzburgenſem* ita ut ad decorem domus Domini monaſterii videlicet antedicti de redditibus ipſius capelle annuatim luminaria procurentur. Quando etiam ab hac luce Dominum Archiepiſcopum ſubtrahi contigerit predictum Capitulum ſuum anniuerſarium ſingulis annis peragere in Domino teneatur ſuorum predeceſſorum ipſo die memoriam ſimiliter retinendo hac tamen condicione interpoſita, ut in ſignum iurispatronatus ipſius capelle pertinentis ad eccleſiam *ſalzburgenſem* Capitulum de *Ror* in feſto translacionis beati *Ruberti* XXX denarios *Salzpurgenſis* monete offerre ſuper altare beati *Ruberti* annis ſingulis ſimiliter teneatur. Et ne proceſſu temporis ſuper hoc emergant aliqui ſcrupuli queſtionum ſigilli noſtri munimine paginam preſentem decreuimus communiri.

Num. XX. Donatio Eccleſiae Lochkirchen. An. 1244.

RAPODO Dei gracia *Comes Palatinus Bauarie.* Omnibus has litteras inſpecturis ſalutem in perpetuum. Quoniam

ea que fiunt in tempore, ſolent obliuioni commendari, ſcriptorum indigent vel priuilegiorum teſtimonio roborari. Nobis igitur in preſentia Domini noſtri OTTONIS illuſtris Comitis *Palatini Reni* ducis *Bauarie* conſtitutis, libere contulimus Eccleſie in *Ror* pro ſalute anime noſtre & coniugis noſtre ADELHAIDIS, nec non ob remedium progenitorum noſtrorum, quidquid iuris habuimus in eccleſiam Lochkirchen *) que ad noſtram ſpectabat donacionem. interfuerunt autem huic donacioni *Hainricus* & *Suikerus* Notarii Ducis, qui hanc notulam conſcripſerunt. *Alhardus de Preiſingen*, *Sifridus de Frowenperch*, *Sifridus Frumeſel*, *Eberhardus de Clihaim*, *Albertus Schilwaz* Miniſteriales Ducis. *Grempekarius* & *Hugo de Sigenhaim* noſtri ministeriales. Ut autem ratum habeamus, preſentem cedulam petiuimus ſigillis ſepefati Domini noſtri Ducis & Conſortis ſuae AGNETIS, nec non noſtro roborari. Acta ſunt hec in caſtro *Lanshut* Anno Domini MCCXLIIII ſeptimo decimo Kal· februarii. poſtmodum autem fecimus coram *Alramo de Hals* & *H. de Paumgarten* & *Hoheldo* liberis publicari, quorum teſtimonium inuocamus. *Hugo Capellanus* & *Sibendardus* interfuerunt.

Num. XXI. Permutatio Praediorum cum Milite de Roteneck intra An. 1230 - 45.

Quia breuis & dubia eſt hominum uita. & quod deterius eſt. non parua modernorum inconſtantia. neceſſarium eſt & perutile ut contractum noſtrum litteris teſtibus. ſigillorum appenſione perpetuare non obmittamus. Nouerint igitur tam futuri quam preſentes. quod ego *Hugo Rorenſis* eccleſie prepoſitus. cum conſenſu fratrum contradidi *Chunrado militi de Roteneke*

*) Nunc *ad S. Catharinam* prope *Hoegldorf*, quae tunc temporis erat Eccleſia Parochialis.

etc. curiam noſtram & molendinum in *Wangenbach* cum omnibus ſuis appendiciis pro curia ſua in *Mandelkürchen* cum omnibus ſuis attinentibus. quam poſt primam donacionem ſecundario per manum comitis *Meinhardi* ipſius curie Delegatoris eccleſie noſtre contradidit. iure proprietatis in perpetuum quiete poſſidendam & hoc uxore ſua. filiis & filiabus. omnino renunciantibus. Huius rei teſtes ſunt *Chunradus* ſacerdos de *Tyrſtorf*, *Chunradus* plebanus de *Pyrchenwanch*. *Comes Meinhardus*. *Pertholdus de Münſter*. *Albertus Churrhals*. *Dietricus de Aeitterbach*. *Chunradus de Vlſtorf*. *Chunradus de Metenbach*. *Otto der Rät*. *Chunradus de Harde*. *Eberhardus Sagittarius*. *Chunradus de Hopf*. & alii quam plures.

Num. XXII. Confirmatio poſſeſſionis quorumdam Bonorum. An. 1245.

In ∴ Nomine ∴ Domini ∴ Amen ∴ SIFRIDUS miſeratione diuina *Ratiſponenſis* Epiſcopus Imperialis aule Cancellarius uniuerſis preſentia inſpecturis ſalutem in omnium ſaluatore. Quia innumere poſſeſſiones eccleſiarum ad manus laicorum deuolute feodi uel obligationis titulo in huiusmodi alienationibus per ſucceſſiones cognationum & poſteritatum ita perennantur, ut plereque in obliuionem ueniant, & tanquam in proprietatem poſſidentium conuertantur, proinde iuris benefitio indulgetur, ut poſſeſſiones taliter alienate ab aliis eccleſiis quibus Dominus in tam prouidis rectoribus & facultatibus prouiderit, redimantur. Quo iure ac conſideratione moti, deuotioneque ac precibus dilecti in Chriſto *Hugonis* uenerabilis Prepoſiti eccleſie *Rorenſis* inducti, curias in *Obernalenbach*, & curias in *Aſenkoven* iacentes aput eccleſiam ſancti Laurentii, & decimas de duabus curiis in *Walhes-*

hesdorf, & de villa *Mandelkürchen*, epiſcopali noſtre ſedi iure proprietatis attinentes, ſed a militibus quibusdam titulo feodi per multas retro cognationes detentas, & per multa forte tempora in antea detinendas, nunc autem per predictum Prepoſitum *Rorenſem* tum prece tum precio nobis conſentientibus abſolutas, hominibus eccleſie *Rorenſis* titulo feodi conceſſum, uſibus eiusdem eccleſie conſeruandas, hoc modo non diſperdentes ſed recolligentes diſperſa, preſertim, cum eadem eccleſia *Rorenſis* tam in ſpiritualibus quam in temporalibus noſtram ſic reſpiciat eccleſiam, ut eius incrementa noſtre ſint eccleſie comodo & honori, ſibique ſit a noſtra eccleſia ut a matre filie proſpitiendum, & quia ex eis que ad augmentum diuine ſervitutis, & in animarum pia remedia collata ſunt eccleſiis, exiſtimamus Deo eſſe ſalubrius & dignius quam ſeculo militandum. In robur autem huius noſtre conceſſionis & memoriam, preſentem cartulam conſcribi fecimus, noſtro ſigillo & annotatione teſtium inſignitam. Teſtes autem hii ſunt. *Wuluingus* abbas ſancti *Emmerami*. *Wernkerus* abbas de *Prufningen*. *Berktoldus de Oberdorf*. Canonicus eccleſie noſtre maioris. *Chunradus* Canonicus veteris Capelle notarius noſter. *Chunradus* plebanus de *Atingen*. *Heinricus* plebanus de *Stouffe*. *Hugo* plebanus de *Percheim*. Laici, *Fredericus miles de Perg*. *Heinricus* inter latinos Prepoſitus. Hii vero de familia *Rorenſ*. *Fridericus Doctor puerorum*. *Chunradus Reiſman* *Sigehardus de Rôt*. *Berktoldus de Strowbingen*. *Vlricus de Camera*. *Chunradus de Chrûnboltzur*. & alii quam plures. acta ſunt hec *Ratiſpone*. Anno Dñi M. CC. XLV. Dat. pridie Kalend. Jvny. Indict. VI. Epiſcopatus vero noſtri. anno,,,,, — decimo,.....,, octavo —

Num. XXIII.

Num. XXIII. Donatio feudi ut allodii. An. 1245.

FRIDERICUS Dei Gratia Epiſcopus *Eiſtetenſis* omnibus in perpetuum. Quoniam facta mortalium per diutinum temporum defluxum, & perſonarum naturalem defectum in obliuionis umbram conuertuntur, ſapientiſſime prouiſum eſt, ut ea que preteritis temporibus ſolempniter geſta conſtiterunt, per litterarum adminiculum, & ſcripture conpendium, memorie futuri temporis ſucceſſorum lucidius intimentur. Notitie igitur preſentium, poſterorumque ſcripti preſentis teſtimonio declaramus, quod nos poſſeſſiones in villa dicta *Laber*, quas ab eccleſia noſtra & a nobis in feudo tenuit honorabilis vir *Lwtoldus pincerna dictus de Augia*, ac eas per litteras & nuncium ſuum *Lwtoldum militem* dictum de *Glat* nobis reſignauit, eccleſie in *Ror* Ordinis ſancti *Auguſtini Ratiſpon.* Dyoceſis, ſicut Dominus *Hugo* loci eiuſdem venerabilis prepoſitus a nobis petiuit humiliter, pro anime noſtre remedio donamus in proprium, noſtri Capituli accedente conſenſu & uoluntate. Ut autem hec noſtra donacio firma permaneat in poſterum & inconuulſa, memorate eccleſie in *Ror* preſentem noſtram damus litteram, noſtri & noſtri Capituli ſigillorum impreſſione communitam. Actum & Datum apud *Eiſtet* anno Incarnat. Domini milleſimo CCXLV pridie Idus Decembris Pontificatus noſtri anno nono.

Num. XXIV. Reſcriptum Innocentii IV. contra Comites de Moſpurg. An. 1249.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilecto filio Decano *Eyſtettenſi* ſalutem & apoſtolicam benediccionem. Sua nobis dilecti filii Prepoſitus & Conuentus eccleſie de *Ror* ordinis

nis ſancti *Auguſtini* conqueſtione monſtrarunt, quod nobiles uiri ALBERTUS & CONRADUS comites de *Mosburg* & quidam alii laici fratres quondam Imperatoris fautores *Friſingenſis* & *Ratiſponenſis* Ciuitatum & dioceſis eis quandam quantitatem frumenti, redditus, prouentus & res alias ſpectantes ad ipſos per uiolenciam abſtulerunt alias ipſis dampna grauia & iniurias non modicas irrogando Quocirca diſcrecioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus quatenus ſi eſt ita dictos comites & alios qui eisdem Prepoſito & Capitulo ablata reſtituant uniuerſa & de dampnis datis & irrogatis iniuriis ſatisfaccionem plenam exhibeant ut tenentur monicione premiſſa per cenſuram eccleſiaſticam ſicut iuſtum fuerit appellacione remota compellas Teſtes autem qui fuerint nominati ſi ſe gracia odio vel timore ſubtraxerint cenſura ſimili appellacione ceſſante compellas ueritati teſtimonium perhibere datum *Lugduni* VI Kal. April. Pontificatus noſtri anno VI° .

Num. XXV. Priuilegium Innocentii IV. R. P. tempore generalis interdicti divina celebrandi. An. 1249.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis filiis Prepoſito & Capitulo eccleſie de *Ror* ordinis ſancti *Auguſtini* *Ratiſpon.* Dioceſis ſalutem & apoſtolicam benediccionem. Solet anuere ſedes apoſtolica piis uotis & honeſtis petentium precibus fauorem beneuolum impertiri. Ea propter dilecti in Domino filii ueſtris deuotis ſupplicacionibus inclinati ut cum generale interdictum terre fuerit liceat uobis ianuis clauſis non pulſatis campanis ſummiſſa uoce nominatim excommunicatis & interdictis excluſis diuina officia celebrare auctoritate preſencium uobis indulgemus dumodo cauſam non dederitis interdicto nec

id

id contingat uobis ſpecialiter interdici. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre eonceſſionis infringere uel ei auſu temerario contraire Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit indignacionem omnipotentis Dei & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli ſe nouerit incuſurum Datum *Lugduni* VI. Kalend. April. Pontificatus noſtri anno ſexto.

Num. XXVI. Bulla Confirmationis Innocentii IV. Papae. An. 1249.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis filiis Prepoſito eccleſie de *Ror* eiusque fratribus tam preſentibus quam futuris regularem uitam profeſſis in perpetuum. Religioſam uitam eligentibus apoſtolicum conuenit adeſſe preſidium ne forte cuiuslibet temeritatis incurſus aut eos a propoſito reuocet aut robur quod abſit ſacre religionis infringat. Ea propter dilecti in Domino filii ueſtris iuſtis poſtulacionibus clementer annuimus & eccleſiam de *Ror ratiſponenſis* dioceſ. in qua diuino eſtis obſequio mancipati ſub beati Petri & noſtra proteccione ſuſcipimus & preſentis ſcripti priuilegio communimus In primis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Canonicus qui ſecundum Deum & beati Auguſtini regulam in eadem eccleſia inſtitutus eſſe demonſtratur perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Preterea quascunque poſſeſſiones, quecunque bona eadem eccleſia inpreſenciarum iuſte & canonice poſſidet aut in futurum conceſſione Pontificum largicione Regum uel Principum oblacione fidelium ſeu aliis iuſtis modis preſtante Dño poterit adipiſci firma uobis ueſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis locum ipſum in quo prefata eccleſia ſita eſt cum omnibus pertinenciis ſuis

Eccleſian de *Perge* cum omnibus pertinenciis ſuis de *Eſcenhart* de *Alnͮpach* & de *Saligͮperg* eccleſias cum omnibus pertinenciis earundem uillam que *ſuperior Alnͮpach* dicitur cum pertinenciis ſuis Manſos & Molendinum que habetis in villa que dicitur *Laber*, uillam que *Winckelſaſs* uocatur cum omnibus pertinenciis ſuis Manſos quos habetis in *Aſenkouen* & de *Gemelkouen* uillis cum pertinenciis earundem de *Mandelkirchen* & de *Tiersdorf* uillis cum pertinenciis earundem uillam que dicitur *Reintrehſtorf* cum omnibus pertinenciis ſuis domos quas habetis in ciuitate & ſuburbio *Ratiſponenſi* decimas & uineas quas habetis in territorio ciuitatis eiusdem Manſos quos habetis in de *Langhaide* de *Alnͮthouen* de *Arhnhouen* de *Urſpach* & de *Snaithart* uillis cum pertinenciis earundem Manſos & decimas quas habetis in de *Ludmanſtorf* de *Gleumen* de *Munuhen* de *Suigam de Aw* & de *Gugelperge* uillis cum pertinenciis earundem de *Perge* & de *Alentzhauſen* uillas cum pertinenciis earundem. Manſos quos habetis in *Waſenſtorf* & de *inferiori Alnͮpach* uillis cum pertinenciis earundem, cum terris pratis uineis nemoribus uſuagiis & paſcuis in boſco & in plano in aquis & molendinis in uiis & ſemitis & oͦibus aliis libertatibus & immunitatibus ſuis. Sane noualium ueſtrorum que propriis manibus aut ſumptibus colitis de quibus aliquis hactenus non percepit ſiue de ueſtrorum animalium nutrimentis nullus a uobis decimas exigere uel extorquere preſumat. Liceat quoque uobis clericos uel laicos liberos & abſolutos e ſeculo fugientes ad conuerſionem recipere & eos absque contradiccione aliqua retinere prohibemus inſuper ut nulli fratrum ueſtrorum poſt factam in eccleſia ueſtra profeſſionem fas ſit ſine Prepoſiti ſui licencia niſi arctioris religionis obtentu de eodem loco diſcedere diſcedentem uero absque communium litterarum ueſtrarum caucione nullus audeat retinere.

Cum

Cum autem generale interdictum terre fuerit liceat uobis clauſis ianuis excommunicatis & interdictis excluſis non pulſatis campanis du̅modo cauſam non dederitis interdicto ſuppreſſa voce diuina officia celebrare Criſma vero oleum ſanctum conſecraciones altarium ſeu baſilicarum ordinaciones clericorum qui ad ordines ſuerint promouendi a dioceſano ſuſcipietis Epiſcopo ſiquidem katholicus fuerit & graciam & communionem ſacroſancte Romane Sedis habuerit & ea uobis uoluerit ſine prauitate aliqua exhibere. Prohibemus inſuper ut infra fines parochie ueſtre nullus ſine aſſenſu dioceſani Epiſcopi & ueſtro capellam ſeu oratorium de nouo conſtruere audeat ſaluis priuilegiis Pontificum Romanorum Ad hec nouas & indebitas exacciones ab Archiepiſcopis Epiſcopis Archidiaconis ſeu Decanis aliisque eccleſiaſticis ſecularibusue perſonis a uobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus ut eorum deuocioni & extreme uoluntati qui ſe illic ſepeliri deliberauerint niſi forte exco̅municati vel interdicti ſint aut etiam publice uſurarii nullus obſiſtat ſalua tamen iuſticia illarum eccleſiarum a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decimas preterea & poſſeſſiones ad ius eccleſiarum ueſtrarum ſpectantes que a laicis detinentur retinendi & legitime liberandi de manibus eorum & ad eccleſias ad quas pertinent reuocandi libera ſit vobis de auctoritate noſtra facultas obeunte uero te nunc eiusdem loci Prepoſito uel tuorum quolibet ſucceſſorum nullus ibidem qualibet ſurrepcionis aſtucia ſeu uiolencia preponatur, niſi quem fratres co̅muni conſenſu uel fratrum mayor pars conſilii ſanioris ſecundum Deum & beati Auguſtini regulam preuiderint eligendum. Paci quoque & tranquillitati ueſtre paterna inpoſterum ſollicitudine prouidere uolentes auctoritate apoſtolica prohibemus ut infra clauſuras locorum ſeu gran-

giarum ueſtrarum nullus rapinam uel furtum facere ignem ap-
ponere ſanguinem fundere hominem temere capere uel interfi-
cere ſeu uiolenciam audeat exercere Preterea omnes liberta-
tes & immunitates a Predeceſſoribus noſtris Romanis Pontifici-
bus ecc'eſie ueſtre conceſſas nec nō libertates & exemp.iones
ſecularium exaccionum a Regibus & Principibus uel aliis fideli-
bus racionabiliter uobis indultas auctoritate apoſtolica confirma-
mus & preſentis ſcripti priuilegio communimus. Decernimus
ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam eccleſiam teme-
re perturbare aut eius poſſeſſiones auferre uel ablatas retinere
minuere ſeu quibuslibet uexacionibus fatigare ſed omnia integra
conſeruentur eorum pro quorum gubernacione ac ſuſtentacione
conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura ſalua Sedis Apoſto-
lice auctoritate & Dioceſani Epiſcopi canonica iuſticia & in pre-
dictis decimis moderacione concilii generalis. Siqua igitur in
futurum eccleſiaſtica ſeculariſue perſona hanc noſtre conſtitucio-
uis paginam ſciens contra eam temere uenire temptauerit ſe-
cundo tercioue comonita niſi reatum ſuum congrua ſatisfaccione
correxerit poteſtatis honorisque ſui careat dignitate reamque
ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat &
a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Dñi Redemptoris noſtri
Jeſu Chriſti aliena fiat atque in examine diſtricte ſubiaceat ul-
cioni Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus ſit pax
Dñi noſtri Jeſu Chriſti quatenus & hic fructum bone accionis
percipiant & aput diſtrictum premia eterne pacis inueniant amen.



Ego Innocencius katholice Eccleſie Epiſcopus.

Ego

† Ego Petrus tt. S. Marcelli pbr. Card.

✱ Ego fr. Johes tt. S. Laurencii in Lucin. pbr. Card.

† Ego fr. Hugo tt. S. Sabine pbr. Card.

† Ego Petrus Albanen. Epiſc.

† Ego Wilhelmus Sabien. Epiſc.

‡ Ego Petrus S Georgii ad velum aureum Dyac. Card.

✱ Ego Johes S. Nicolai in Carcere Tullian. Dyac. Card.

Datum *Lugduni* per manum Magiſtri *Marini* ſancte Romane Eccleſie Vicecancellarii VI Idus Maii Indicion. VII Incarnacionis Dñce Anno MCCXLVIIII Pontificatus vero Dñi Innocencii Pape IIII Anno VI.

Num. XXVII. Bulla Innocentii Papae IV. de Jure Patronatus Capellae in Eſchenhart. An. 1252.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilecto filio .. prepoſito eccleſie *Eyſtetenſis* ſalutem & apoſtolicam benedictionem Quia nobis dilecti filii H *) prepoſitus & conuentus monaſterii de *Ror* ordinis ſancti *Auguſtini Ratiſp.* dioceſis peticione monſtrarunt, quod cum nobilis vir .. Comes de *Mosburgk* friſingenſis dioceſis eos ſuper iure patronatus capelle de *Eſchenhart* ad dictum monaſterium pertinente coram .. Decano eccleſie *friſingenſis* auctoritate apoſtolica traxiſſet in cauſam, quia decanus ipſe ad locum non tutum citans eoſdem, alium eis. denegauit aſſignare ſecurum humiliter requiſitus fuit, propterea hoc ex parte ipſorum ad ſedem apoſtolicam appellatum. At idem Decanus legittima eorum appellacione contempta ſupradictum comitem in poſſeſſionem prefati iuriſpatronatus contra Juſtitiam cauſa rei ſeruande induxit. & licet quondam *Gotfridus* prepoſitus

*) Henricus.

tus prefati monaſterii ad proſequendam appellacionem eandem infra tempus legittimum iter arripuiſſet ad ſedem apoſtolicam veniendi, tamen eo in itinere morte preuentus, & ipſis dictam appellacionem propter hoc infra annum eundem proſequi nequeuntibus, memoratus Decanus nominatum Comitem ipſius iuriſpatronatus verum conſtituit poſſeſſorem. Cum autem dicti H. prepoſitus & conuentus monaſterium ipſum ex huiuſmodi proceſſu proponant enormiter eſſe leſum, pro eo videlicet, quod propter mortem dicti . . prepoſiti non fuerunt appellacionem ſuam legittimam proſecuti, humiliter petebant a nobis ut ſubuenire ſibi per beneficium reſtitucionis in integrum curaremus. Ideoque diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint euocandi, ſi tibi conſtiterit, dictum monaſterium ex predictis premiſſis enormiter eſſe leſum, memoratis prepoſito & conuentui in integrum ſicut iuſtum fuerit reſtituant. Audias hinc inde propoſita & quod canonicum fuerit appellacione remota decernas, faciens quod decreueris per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſeruari. prouiſo ne in terram dicti nobilis, & uniuerſitatem de *Mosburg* excommunicacionis vel interdicti ſententiam proferas, niſi a nobis ſuper hoc mandatum receperis ſpeciale. Teſtes autem qui fuerunt nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili ceſſante appellacione compellas veritati teſtimonium perhibere. datum *Peruſii* Idus Septembris Pontificatus noſtri anno decimo.

Num. XXVIII. Executio prioris Bullae Pontificiae demandata Eccleſiae Eyſtettenſis Praepoſito. An. 1254.

Viris venerabilibus & diſcretis . . . Abbati de *Piburg* & . . Decano in *Pirckwank Ratiſp* dioceſ. *Albertus* Dei Gratia pre-

prepoſitus *Eyſtettenſis* Judex a ſede apoſtolica delegatus ſalutem in Domino. Noueritis nos mandatum apoſtolicum recepiſſe in hunc mundum „INNOCENTIUS Epiſcopus &c." cuius copiam precipimus vobis exhiberi & cuius auctoritate mandati proceſſimus in hunc mundum. Nos *Albertus* Dei Gratia praepoſitus *Eyſtettenſis* Judex a Sede Apoſtolica delegatus cognoſcentes de cauſa que vertitur inter prepoſitum & conuentum eccleſie de *Ror Ratiſp.* dioceſ. ex una parte & *Conradum* Scolaſticum ſancti Viti *friſingenſem* ex altera ſuper inſtitucione de ipſo Scolaſtico a Decano *friſingenſi* in Eccleſia de *Eſchenkart* attemptata & eius acceſſoriis preſidentes iudicio in clauſtro mayori *Euſtettenſi* proxima ſecunda feria poſt feſtum beati *Jacobi* Apoſtoli prefixa partibus predictis de conſenſu earundem continuata in diem ſubſequentem euocatis qui fuerant euocandi diſcuſſis cauſe meritis, iuris ordine in omnibus obſeruato, habito bonorum virorum conſilio inſtitucionem de predicto ſcolaſtico in Eccleſia de *Eſchenhart* a Decano *friſingenſi* de facto cum de iure nequíuerit adtemptatam non obſtantibus excepcionibus ſuis quas tanquam friuolas ad impediendum proceſſum noſtrum propoſuit in nomine P. & F. & S. S. caſſamus & nullam nunciamus penitus extitiſſe ſibi ſuper eadem eccleſia ſilencium imponentes cum nos in antea auctoritate papali proceſſum ſupradicti Decani de nominata eccleſia & quidquid fuit ex ea ſubſecutum reuocauerimus caſſauerimus & nullum fuiſſe nunciauerimus. tanquam poſt appellacionem dictorum prepoſiti & conuentus, quam pronunciauimus legitimam extitiſſe, temeritate propria attemptatam. Nos inſuper ipſum ſcolaſticum quod fructus eccleſie ſupradicte per biennium contra iuſticiam ſurripuit in *X libris Ratiſp.* monete iuratis & probatis eisdem prepoſito & conuentui nomine fructuum perceptorum condempnamus. con-

condemnamus eciam eundem ſcolaſticum ſupradictum nomine expenſarum in VI libris eiusdem monete taxate & iurate, iuſticia exigente. precipimus & eidem C. ſcolaſtico ut de iſta pecunia tam nomine expenſarum quam fructuum perceptorum iudicata ſupradictis prepoſito & conuentui infra ſpacium trium menſium ſatisfaciat competenter, alioquin nos ipſum ad id per cenſuram eccleſiaſticam compellemus. Nos ergo vobis auctoritate qua fungimur apoſtolica mandamus & diſtricte precipimus quatenus *Eſchenhart*, *Tiernpuch*, & *Mühlhauſen* perſonaliter accedentes publice in facie eccleſie inſtitucionem de ſupradicto ſcolaſtico *Chunrado* ſancti Viti *friſingenſi* in eccleſia de *Eſchenhart* per decanum *friſingenſem* attemptatam, caſſatam, reuocatam, ymo penitus fuiſſe nullam nuncietis, precipientes auctoritate nobis commiſſa, plebiſanis uniuerſis villarum iam dictarum ſcolaſtico ſupradicto ut plebano proprio vel alteri nomine ſuo eis miſſo deinceps nullatenus obediant, ſed reſpectum ad *Rorenſem* eccleſiam ſicut antea habuerunt, habeant ſuſcipiendo ab ea reuerenter & deuote tam eius ſalutaria monita quam precepta. Precipiatis eciam auctoritate predicta eidem ſcolaſtico viua voce ſi inueniri poterit, vel in eccleſia ſancti Viti *friſingenſi* publicetur, ut de X libris *Ratiſpon.* monete nomine fructuum perceptorum & de VI libris eiusdem monete nomine expenſarum infra ſpacium trium menſium a die admonicionis uel publicacionis ſupradictis prepoſito & conuentui ſatisfaciat competenter alioquin ipſum ad id per cenſuram eccleſiaſticam compellemus. Quod ſi hys exequendis ambo non poteritis intereſſe, alter nihilominus exequatur taliter mandatum noſtrum & preceptum adimplendo, ne inobedienciam veſtram, quod abſit, punire compellamur. Datum feria II poſt feſtum *Jacobi* Apoſtoli anno Domini MCCLIV.

Num. XXIX.

Num. XXIX. Literae Alexandri IV. Papae de Tranſpoſitione Dedicationis Eccleſiae Rohr. An. 1255.

ALEXANDER Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis filiis Prepoſito & Conuentui eccleſie de *Ror* ordinis ſancti *Auguſtini Ratiſp.* Dioceſ. ſalutem & apoſtolicam benediccionem. Religionis veſtre meretur honeſtas ut ſedes Apoſtolica in hys que iuſte petitis ſe vobis exhibeat propiciam & benignam Veſtris igitur deuotis precibus inclinati ut feſtum Dedicacionis eccleſie veſtre conſtructe in honore beate Virginis *Marie* quod in feſto beati *Urbani* conſueuit hactenus celebrari in craſtinum Natiuitatis eiusdem Virginis poſſitis annuatim futuris temporibus celebrare auctoritate vobis preſentibus indulgemus. Nulli ergo hominum &c. Datum *Neapoli* VI Kal. Februar. Pontificatus noſtri anno primo.

Num. XXX. Arbitramentum in cauſa litigioſa decimarum. An. 1259.

NOS LEO miſeracione diuina *Ratiſpon.* Epiſcopus tenore preſentium conſtare uolumus uniuerſis, quod cum interuenerabilem Abbatem & Conuentum eccleſie ſancti *Emmerami* nomine eccleſie ſue ex una parte & Prepoſitum & Conuentum *Rorenſis* eccleſie nomine eccleſie ſue ſimiliter ex altera eſſet materia queſtionis ſuborta ſuper decimacionibus prediorum ſitorum in *Oberror* de tribus curiis in *Alentzhauſen*, de ſex prediis in *Perg*, de tribus prediis in *Laber*, de quatuor Prediis in *Atelhauſen* de octo prediis in *Helchenbach* de ſex prediis In *Oberhelchenbach* de tribus prediis In duobus *Reichenrewt* de duobus prediis In *Gerrichſperg* de

uno predio In *Aſpach*, de tribus prediis In *Kranholz*, de uno predio in *Schachaſperg*, de uno predio In *Nidergronpach* de uno predio ac buba una In *Alntzhauſen* tandem poſt multas altercaciones & proceſſus uarios habitos hinc & inde fuit in Prepoſitum ſancti *Magni* Decanum ſancti *Johãnis* & Magiſtrum *Gotfridum* Canonicum *veteris Capelle Ratiſp.* a partibus cõpromiſſum. promiſerunt enim partes antedicte fide data uice ſacramenti ac ſub periculo cauſe quod quidquid prefati arbitri arbitrarentur inter ipſos ratum & gratum haberent ac firmiter obſeruarent. Prefati ſiquidem arbitri pariter concordantes primo ac principaliter protulerunt arbitrando quod eccleſia *Rorenſis* dictas decimaciones deinceps in perpetuum poſſidebit ita quod ſingulis annis eadem *Rorenſis* eccleſia eccleſie beati *Emmerami* quinque ſcaffas ſiliginis & quinque auene menſure *Ratisp.* ante feſtum beati *Michaelis* & decem ſolidos *Ratisponenſis* monete in feſto beati *Martini* omni caſu contingente infra muros Ratis aſſignabit. Arbitrati ſunt eciam quod *Rorenſis* eccleſia nullam habeat poteſtatem vendendi obligandi diſtrahendi decimaciones ſupradictas, ſed poſſideat libere ac quiete ſecundum formam ſuperius anotatam. Arbitrati ſunt eciam ad omnem iurgiorum materiam inpoſterum amputandam ut pars, que contra huiusmodi venerit prolata, penam quinquaginta libr. Ratiſp. incurrat ipſo facto quarum media pars aſſignabitur Ordinario loci & altera pars arbitrium ſeruare uolenti In cuius rei teſtimonium preſentes literas ſigilli noſtri munimine unacum ſigillis parcium & arbitrorum ſubnotatis teſtibus hys videlicet fecimus communiri *Ebone* capellano Dñi Abbatis & ſacerdote dicto *Claſſchink*, & fratre ipſius eodem cognomine, & *Conrado* dicto *Horbeck*, & *Marquardo* dicto *Puchueller* ſacerdotibus, *Tobia* canonico ſancti *Johãnis* & Magiſtro *Gotfrido gallico* canonico *veteris Capelle*,

Innin-

Inningario & *Chunrado Tannario* famulis eccleſie ſancti *Emmerami Conrado Straubingerio* & *Bernhardo* famulis eccleſie *Rorenſis* & *Marquardo* Apotecario & *Cunrado* dicto *Piperi* ciuibus *Ratisp.* & aliis quam pluribus clericis & laicis Acta ſunt hec anno Dñi MCCLXIX. IIII Idibus Auguſti.

Num. XXXI Confirmata Donatio Capellae Soelinperg. An. 1273.

In nomine Domini amen. HEINRICUS Dei Gratia palatinus comes *Reni*, Dux *Bauarie* uniuerſis ad quos preſens ſcriptum peruenit in perpetuum. Iuxta illud Ewangelii mandatum. honora Patrem & Matrem, deuotionem ac pium affectum Progenitorum noſtrorum tenemur filiali reuerencia exequi, & laudabili conſequencia imitari. Nos igitur donationem, quam Dominus LUDWICUS *Comes Palatinus Reni*, *Dux Bauarie* auus noſter cuius in benedictione optamus eſſe memoriam, Eccleſie in *Ror* fecerat per collationem capelle in *Sœligenpœrge*, & per kariſſimum Genitorem noſtrum Dominum OTTONEM *Comitem Palatinum Reni* Ducem *Bauarie* bone memorie in remedium & ſaluacionem anime ſue, & conſortis ſue Domine AGNETIS felicis recordationis kariſſime Matris noſtre poſtea renouatam, ſimiliter in ſalutem noſtram & liberorum noſtrorum ac remedium anime bone memorie Domine ELISABETH kariſſime conſortis noſtre tenore preſentium innouamus, donantes predicte Eccleſie in *Ror* omnia iura proprietatis ſiue iuris patronatus, que in predicta capella in *Soeligenpœrge* cum omnibus attinenciis & pertinenciis iuſto hereditatis & fundi titulo dinoſcimur habuiſſe. In cuius rei teſtimonium preſentes literas ipſi Eccleſie in *Ror* dari fecimus noſtri ſigilli robore communitas cum teſti-

bus ſubnotatis, qui ſunt dominus *Wernhardus* cappellanus noſter de *Maurchirchen*, *Chunradus*, *Waltherus*, & *Eberhardus* Notarii. *Grimoldus de Preiſing*, *Wimarus Aſinus*, *Alramus de Rotawe*, *Otto de Strobing*, & *Albertus* & *Karulus* filii ſui, *Heinricus de Moſdorf* Magiſter Curie noſtre, *Rupertus de Heidawe* & alii quam plures. Datum in *Strobing* anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo tercio quinto Idus Ianuar.

Num. XXXII. Literae confirmatoriae Gregorii Papae X. ſuper donatione Capellae in Sallingperg. An. 1273.

GREGORIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum dilectis filiis Prepoſito & Capitulo ſancte Marie in *Ror* ordinis ſancti *Auguſtini Ratiſpon.* Diöceſ. ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iuſtum eſt & honeſtum, tam vigor equitatis quam ordo exigit racionis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Exhibita ſiquidem nobis veſtra peticio continebat, quod dilectus filius nobilis vir HEINRICUS Dux *Bauarie* Comes Palatinus *Reni* pro ſue, ac progenitorum ſuorum animarum remedio ius patronatus Eccleſie de *Sallingperg Ratiſpon.* Diöceſ tunc ad ipſum pertinens de Dioceſani conſenſu vobis duxit liberaliter concedendo, prout in patentibus literis inde confectis plenius dicitur contineri. Nos itaque veſtris ſupplicacionibus inclinati, quod ſuper hoc ab eodem Duce pie ac prouide factum eſt, ratum & gratum habentes illud authoritate apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino &c. Dat. *Lugduni* XVII Kal. Ianuarii Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Num. XXXIII. Confirmatio Juris Patronatus Eccleſiae S. Mariae, (Semerskirchen). An. 1273.

GREGORIUS Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei dilectis filiis Prepoſito & Capitulo Eccleſie ſancte Marie in *Ror* ordinis ſancti *Auguſtini Ratiſponen.* Dioc. ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iuſtum eſt, & honeſtum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Exhibita ſiquidem nobis veſtra petitio continebat, quod nobilis vir MAYNHARDUS *Comes de Roteneke* ius patronatus, quod in eccleſia *de ſancta Maria Ratiſponen.* Dioc. habebat, de venerabilis fratris noſtri .. Epiſcopi *Ratiſponenſis* aſſenſu, nec non quaſdam terras, poſſeſſiones, ſiluas & res alias ad ipſum ſpectantes vobis & eccleſie veſtre duxit liberalitate pia & prouida concedenda, prout in patentibus litteris inde confectis plenius dicitur contineri. Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ſuper hoc ab eodem Comite pie ac prouide factum eſt, ratum & gratum habentes illud auctoritate apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. Datum *Lugduni* XVII Kal. Januar. Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

Num. XXXIV. Confirmatio Epiſcopalis praedicti Juris Patronatus. An. 1275.

NOS LEO Miſeratione diuina *Ratiſpon.* Eccleſie Epiſcopus uniuerſis preſentia inſpecturis volumus eſſe notum, quod cum fidelis noſter ſincere dilectus comes MEINHARDUS de *Rotenekk* & filius ſuus HEINRICUS ven. Eccleſie noſtre Archidyaco-

dyaconus volentes tranſitoria in eterna & terena in celeſtia feliciter conmutare pro remedio animarum ſuarum & progenitorum ſuorum ius patronatus cum omni iure, quod in eccleſia, que *Sanctmarienchirchen* vulgariter nuncupatur, habebant, cum predio eidem attinente *Rorenſi* donauerint eccleſie, ubi corpora progenitorum ſuorum requieſcunt in Domino tumulata, Nos de conſenſu & bona voluntate venerabilium Domini ALTMANNI Prepoſiti dicti de *Rottenekk*, Domini VLRICI Decani dicti de *Dornberch*, ac vniuerſaliter totius noſtri Capituli, & Conſilii eandem donacionem ad inſtantiam petitionis ipſorum ratam & firmam eſſe volentes, ipſam ſub ſigillis ſubſcriptorum videlicet noſtri Capituli ſupradicti, Conuentus ipſius *Rorenſis* eccleſie, Domini *Altmanni* Prepoſiti, *Heinrici* Archidyaconi predicti comitis *Meinhardi*, *Gebhardi* fratris ſui ſub hoc pacto per preſentia confirmamus, ut prefata *eccleſia ſancte Marie* cum ſuis prouentibus ad ſubſidium prebende confratrum *Rorenſis* eccleſie pertineat tali modo, quod *Obellarius* fratrum eorundem, qui tunc pro tempore fuerit, qualibet ſeptimana cuilibet fratri, ſiue clericus fuerit, ſeu laycus conuerſus, tribus diebus in Ebdomada, ſcilicet ſecunda feria, quarta feria, & ſabbato quatuor oua & omni ſexta feria fratribus in conmuni quinque denarios pro piſcibus adminiſtret, ſolita prebenda ipſorum propter hoc nullatenus diminuta. de predio autem ſupradicto, quod undecim ſolidos denariorum *Ratiſp.* monete annuatim ſoluere conſueuit, anniuerſarium diem comitis *Meinhardi* pie memorie quondam progenitoris *Meinhardi* ſuperius annotati, quamdiu idem ſuperſtes fuerit, annis ſingulis in die Apoſtolorum *Philippi & Jacobi* ſtatuimus celebrari ita, quod due ſcaffe ſiliginis in panes redacte ſimiliter carnes pro dimidia libra *Ratiſpon.* conparate pro remedio anime ſue, progenitorum que ſuorum,

nec

nec non omnium fidelium defunctorum diſtribuantur inter pauperes & egenos. poſt obitum autem ipſius *Meinhardi* qui adhuc per Dei graciam eſt ſuperſtes, anniuerſarius dies cum elemoſina ſupradicta in die obitus ſui annis ſingulis celebretur. datum *Ratiſp.* Anno Domini milleſimo ducenteſimo quinto in Vigilia Aſſumptionis beate Virginis.

Num. XXXV. Ceſſio Juris Patronatus Eccleſie Perge pro annua recognitione. An. 1281.

NOS *Conradus* diuina permiſſione Prepoſitus totusque Conuentus eccleſie *Pollingenſis* Ord bti *Auguſtini* Diroceſis *Auguſtane* tenore preſencium profitemur & conſtare uolumus uniuerſis preſentes literas inſpecturis, quod honorabiles in Chriſto uiri Dñus *Rimarus* prepoſitus totusque Conuentus eccleſie ſancte Marie in *Ror* noſtri ordinis *Rat.* Dioc. nobis & noſtre eccleſie uniuerſum ius, quod eisdem in eccleſia *Perge* ſita in *Sundergau* competiit ſeu competere videbatur Jus videlicet Patronatus, tractatu prius cum Conuentu eorum ſicut moris eſt habito diligenti, donauerunt perpetuo poſſidendum eis nihilominus reſeruato in ſignum & recognicionem dominii ipſius eccleſie ab eis & eorum eccleſia in noſtram eccleſiam translati, quod de noſtra eccleſia uidelicet *Pollingenſi* añis ſingulis in feſto beati *Andree* Apoſtoli quinque libre *veronenſium* perpetuo eis vel eorum nunciis quos ad hoc decreuerint ad noſtram eccleſiam deſtinandos ſine contradiccione ſeu obſtaculo quolibot perſoluamus Cuius eciam pecunie ſolucio debet fieri apud noſtram eccleſiam *Pollingenſem* Ut autem *Rorenſi* eccleſie ſuper ipſa ſolucione ei annis ſingulis facienda habundancius caueretur, adiunctum eſt omnibus iam promiſſis, ut quandocunque in feſto vel a feſto beati


beati *Andree* ad dies quatuordecim per Prepoſitos *Rorenſis* eccleſie uel eorum nuncios ad hoc miſſos ſumma eiusdem anni debita a nobis uel noſtra eccleſia fuerit prerequiſita, nec ad ipſam prerequiſicionem infra terminum iam promiſſum eis fuerit perſoluta, ex tunc nos ſeu noſtra eccleſia elapſo termino ipſorum quatuordecim dierum *Rorenſi* eccleſie ipſam ſummam in penam debeamus ſoluere duplicatam Preterea premiſſis eciam eſt adiunctum, ut ſi nuncii eorum poſt memoratum feſtum beati *Andree* uidelicet & poſt dies quatuordecim eidem feſto continguos ſubſequentes appareant apud noſtram eccleſiam *Pollingenſem*, quia forte prius non poterunt recipere ſe nobiscum, ipſam pecuniam tunc debitam petituri quod ex tunc eodem die aut ad plus die proxima ſubſequente per nos de ipſa pecunia debeant expediri ſub pena dupli prout ſupra eſt promiſſum Ut autem hec uniuerſa & ſingula ſupradicta nobis ac eciam *Rorenſi* eccleſie ſupradicte robur debitum obtineant firmiter, preſentes literas ipſi eccleſie *Rorenſi* dedimus ac obtinuimus ſigillis Reuerendi Patris & Domini noſtri Domini HART. Epiſcopi & Capituli mayoris eccleſie *Auguſtenſis* ac Domini O Prepoſiti eccleſie *Eiſtetenſis* fideliter roborari, Conuentus noſtri ſigillum preſentibus apponendo in teſtimonium & cautelam Nos HART Epiſcopus L Prepoſitus R Decanus totumque Capitulum eccleſie *Auguſtenſis* huic donacioni ſeu ordinacioni plenum adhibuimus conſenſum ad peticionem dilectorum in Chriſto *Conradi* Prepoſiti & Conuentus eccleſie *Pollingenſis* noſtra ad hoc ſigilla apponentes datum *Auguſte* anno Domini MCCLXXXI X Kal. May.

Num.

Num. XXXVI. Protectorium caeſareum. An. 1281.

RUDOLPHUS Dei Gracia Romanorum Rex ſemper Auguſtus omnibus imperpetuum. Regi Regum de cuius clemencia regimen moderamur imperii & diuerſorum feliciter obtinemus ſceptra regnorum debita gratitudine complacemus ſi locis diuino cultui deputatis noſtri munimen culminis & munificencie noſtre beneficium liberaliter elargimur nec indigne titulos laudis acquirimus ſi noſtrorum aliquis Principum ad id interuentu fauorabili nos inducit Nouerint igitur tam preſentis etatis homines quam future quod nos venerabilis *Hainrici* Rat. Epiſcopi Principis noſtri dilecti deuotis ſupplicacionibus inclinati ad imitacionem Illuſtrium quondam *Friderici* ſecundi Romanorum Imperatoris & *Friderici* aui ſui Predeceſſorum noſtrorum Rorenſe Cenobium cum omnibus fratribus in eo degentibus bonis poſſeſſionibus ac perſonis ad ipſum ſpectantibus ſub noſtra & imperii proteccione ſaluo eiusdem Ratiſpon̄ Epiſcopi & ſucceſſorum ſuorum iure recipimus ſpeciali confirmantes eidem monaſterio de Munificentia ea que a predictis Imperatoribus pro bono ſtatu & libertate ipſius monaſterii conſeruanda obtenta fuerunt ſicut in eorum priuilegiis plenius continentur Statuimus preterea & preſentis priuilegii auctoritate ſancimus ut quia monaſterium ipſum non hereditarium ſed electum gratuito habuit Aduocatum primitiua libertate Ratiſponenſium Epiſcoporum priuilegiis roborata letetur Et nulli liceat ſub pretextu ſeu titulo beneficiarie conceſſionis fratribus eiusdem cenobii hominibus aut colonis eorum contra eandem voluntatem exacciones illicitas aut grauamina indebita imponere uel bona iuſto titulo ſibi collata uel que in antea racionabiliter conferentur contra iuſticiam inuadere & preter iuris ordinem deſtituere uel auferre

Preſentis inſuper priuilegii auctoritate mandamus quatenus nemo quietem predicti monaſterii perturbare aut infra clauſtrum & ambitum eiusdem cenobii quelibet iudiciaria ſecularisue poteſtas preſumat cauſas agere aut iudicia ſecularia exercere per que fratres ibidem ſub regula beati Auguſtini Dño famulantes non poſſent quiete ac libere diuinum officium celebrare ſicut promiſſa eidem cenobio in priuilegiis predictorum Imperatorum Predeceſſorum noſtrorum conceſſa plane uidimus contineri Siqua uero perſona ſublimis uel humilis eccleſiaſtica uel mundana contra preſentis proteccionis & confirmacionis noſtre paginam uenire temptauerit penam uiginti librarum auri ſe compoſiturum agnoſcat medietatem curie noſtre ac reliquam parti iniuriam patienti Huius rei teſtes ſunt Venerabiles fratres friſingenſis *W Patt* & H ratiſponen Epiſcopi Illuſtres *L & H comites Palatin Reni Duces Bauarie* Principes noſtri nobiles viri fratres Burgrauius de *Nurenberg* Jo. de *Hanonia* E de *Catzennelbogn* G de *Swartzburg* & -- de *Haideggke* comites Marchio de *Hahperg Ul. de Tuus S de Miſſawe* Marſchalcus auſtrie F dapifer de *Lengennpach Ul. de Capella* C *de Pillichtorf* aliique quam plures



Signum Dñi Rudolfi Romanorum Regis inuictiſſimi datum Ratiſpone XV Kal. Julii indiccione IX anno Dñi Milleſimo ducenteſimo octogeſimo primo Regni vero noſtri octauo.

Num.

Num. XXXVII. Confirmata donatio Eccleſiae Lochkirchen. An. 1281.

Nos HEINRICUS Dei Gracia Comes Palatinus *Reni* Dux *Bauarie* preſentibus profitemur, quod viſa donacione eccleſie in *Lochkirchen* facta Eccleſie in in *Ror* per RAPOTONEM pie memorie palatinum *Bauarie* ſub preſentia Patris noſtri & Matris noſtre, racionabili & diſcreta, prefatam donacionem ſtabilimus & confirmamus ac innovamus pro nobis & noſtris heredibus, transferentes ob ſalutem anime noſtre ac parentum noſtrorum omne ius in predictam eccleſiam *Ror*, quod ex quocunque titulo cuiuſcunque dominii, emptionis, ſeu ſucceſſionis nobis aut heredibus competebat noſtris, aut competere poterit in futurum. volentes in quantum nos contingit dicta parrochia, quatenus in poſterum eccleſie in *Ror* iure noſtro deſeruiat libere ac quiete. omnem violenciam ſuper hoc in poſterum ſucceſſioni noſtre aut terre noſtre fidelibus inhibentes. Ne igitur in prefata ratihabicione dicta eccleſia *Ror* aliquam valeat calumpniam ſuſtinere, ad perpetuam rei memoriam ipſi preſens inſtrumentum tradimus noſtri ſigilli munimine roboratum. Dat. *Lauterbach* anno Domini milleſimo CCLXXX primo in die ſancti Gereonis & ſociorum eius.

Num. XXXVIII. Mutatio feudi in allodium An. 1282.

Nos HEINRICVS Dei Gracia *Ratiſponen* eccleſie Epiſcopus preſentium inſpectoribus ſalutem in Domino Jeſu Chriſto. Etſi ex officii noſtri debito omnium eccleſiarum noſtre dioceſis profectibus ſolerter intendere debeamus illis tamen in quibus non ſolum tam temporalia quam ſpiritualia dona noſtram iuriſdiccionem reſpiciunt verum eciam quorum fundacionis origo a noſtris progenitoribus emauauit nos ad promociones & beneficiorum

inſtauraciones magis obnoxios reputantes curiam dictam *Talhof* quam *Hiltprandus* de *Teygeng* a nobis & eccleſia noſtra tenuit titulo feodali per dilectos in Chriſto *Reimarum* uenerabilem Prepoſitum & conuentum *Rorenſis* eccleſie ab eodem *Hiltprando* pro quadam ſumma pecunie comparatam nec non Aduocaciam poſſeſſionum *Amelſtorf* redemptam per eosdem a fidele noſtro *Chunrado de Hohenuels* qui ultra debitum recipere conſueuerat de eadem donauimus tradidimus & aſſignauimus eidem eccleſie *Rorenſi* iure *proprietario* perpetuo poſſidenda accedente totius capituli noſtri licencia & conſenſu iidem & Prepoſitus & Conuentus in *Ror* ne ſuper donacione in hac parte eisdem facta ingratos ſe reddere aliquatenus ſed pocius eandem ſuſcepiſſe cum graciarum accionibus videantur ex puro deuocionis affectu & ob reuerenciam beati Petri Principis Apoſtolorum a quo utpote a Patrono eccleſie noſtre dicta donacio ortum habuit principalem firmiter promiſerunt ut feſta ipſius beati *Petri* videlicet ad *Vincula* in ſūmis & in *Kathedra* in medio feſto annis ſingulis perpetuo debeant celebrare & quod de ſupradictis poſſeſſionibus per Prepoſitum pro tempore exiſtentem fratribus de conuentu in feſtis prefatis fiat aliqua conſolacio ſpecialis in cuius rei teſtimonium preſentes literas ſigillorum noſtri videlicet & Capituli noſtri fecimus munimine roborari dat. *Ratispone* anno Domini MCCLXXXII. VIII Kaleñ Julii.

Num. XXXIX. Unio Eccleſiarum Semerskirchen & Sillſdorf auctoritate Epiſcopali facta An. 1284.

NOS HEINRICVS Dei Gracia *Ratiſponen* eccleſie Epiſcopus omnibus imperpetuum Etſi ad amputandam in poſteris calumpiandi materiam ſcripture ſit teſtimonium oportunum in hiis

hiis tamen plus requiritur in quibus non ſolum ex diuturnitate poſſet nouercari obliuio verum eciam ubi cauſarum pluralitas diſſenſionis ſeu litis poſſet diſpendium importare Sane vacante Parochia in *Sitleinſtorf* cuius Ius Patronatus ad Comites de *Mosburch* proprietatis titulo pertinebat Dñs HEINRICUS Illuſtris Dux Bavarie per empcionem caſtorum *Mosburch* & *Rotenburch* & quorundam proprietatum quibus connexum ius illud aſſeruit preſentationem ipſius dicebat ad ſe merito pertinere Nobili viro *Ulrico de Lapide* filio ſororis pie memorie *Chuonradi* Comitis in contrarium proponente quod ad eum qui in vniuerſum ſucceſſerat prefato Comiti *auunculo* ſuo tamquam heres proximus & inmediatus erat ius tale per ſucceſſionem hereditariam deuolutum Nos itaque monaſterium & perſonas in *Ror* ſpeciali beniuolencia proſequentes tam Dominum Ducem quam prefatum Nobilem noſtris precibus inclinauimus quod Ius patronatus cum iure aduocaticio prefate Parochie in eccleſiam *Ror* propter Deum & Nos donauerunt & liberaliter tradiderunt renunciantes ambo pro ſe & heredibus ſuis omni iuri & accioni quod eis in tali iure preſentandi competiit vel competere poterat in futurum Quo facto conſiderantes quod propter vicinitatem emolumentum ipſius capelle Cenobio in *Ror* plus quam alteri potuit proficere, & quod iam dudum eccleſia ſancte Marie *) ſatis tenuem & exilem Parochiam ex noſtro patrimonio habuit quod ambo non duobus ſacerdotibus ſed uni tantum poterant comode prouidere predictas duas capellas ſcilicet *ſancte Marie* & *Sitleinſtorf* auctoritate noſtra uniuimus ut de cetero non duplex ſed unum & ſimplex beneficium ſit cenſendum Et hac unione facta habito aſſenſu & conſilio totius Capituli noſtri ipſam Parochiam ſic unitam pro conſola-

*) In Semerskirchen.

ſolacione fratrum infirmorum ibidem Deo ſeruiencium in eccleſiam *Ror* cum omnibus iuribus & attinenciis ſuis transfudimus pleno iure Ut igitur predicti Iurispatronatus donacio & renunciacio & noſtre auctoritatis quoad unionem & tradicionem & confirmacio Capituli noſtri ſue firmitatis robur obtineant & in hiis nulla in poſterum lis ualeat ſuboriri preſentem literam ſigillorum noſtro, Capituli noſtri, Domini HEINRICI Ducis nec non pro ſigillo *Vlrici de lapide* cum proprio careret ſigillo duorum Nobilium *Ottonis patris* ſui *de Lapide* & *Vlrici de Abenſperch patrui* ſui uſus eſt in euidens teſtimonium placuit munimine roborari Datum & actum *Ratiſpone* Anno Domini M. CC. LXXX. quarto Kalendis Februarii.

Num. XL. Proteſtatio Udalrici I. de Abenſperg electi Aduocati de fideli adminiſtratione ſui Muneris. An. 1287.

In nomine Dñi Amen. Pagina preſente contra dolum & obliuionem ſcripto ſigilloque roborata ego ULRICUS dictus de *Abenſperch* profiteor uniuerſis quod cum venerabilis Prepoſitus *Rymarus* & Conuentus eccleſie *Rorenſis* poſt obitum nobilium virorum Patruorum noſtrorum pie memorie videlicet Comitis MEYNHARDI Aduocati eccleſie *Rorenſis* nec non fratris ſui Comitis GEBHARDI propter peticionem & violenciam Aduocatorum ſeptem annis nondum transactis Aduocatum declinaſſent, ob iniuriam & inſolenciam non ſolum extraneorum ſed eciam propriorum hominum mutato conſilio me in Aduocatum unanimi conſenſu dicte *Rorenſis* eccleſie aſſumere decreuerunt Famuli enim eccleſie poſt predas & contumelias incendia & occiſionem fratris *Conradi* in tantam audaciam proruperunt, quod eciam

Herre *Johanns* Brobſt vnd gemain Conuentt vnnſer Fraw͂n Gotzhauſs zu *Ror*, *Regenſpurger* Biſtumbs, zu Irs Gotzhauſs vnnd Ir zugehöru͂g Laütn vnd Gütern Vogtherr͂n erchannt vnd enpfangen, In mäſs vnd formb wir ſy vnd Vodern weilent mein Vatter vnd Voder͂n ſäliger Gedächtnuſs zu Vogtherr͂n gehabt hab͂n, Auff daz verſprich vnd verhaiſs Ich daſſelb Ir Gotzhauſs Laüt Gütt vnd Zugehörung zu ſchütz͂n zuſchirmẽ zehant hab͂n vnd ſy vnpillich In Chaynen Weg zubeſchwär͂n, noch daz yemant ander͂n zethun zugeſtatt͂n, vnd Inſunderhait bei Ir͂n Freyhaitt͂n Gerechtikaitt͂n Gewonhaitt͂n vnd altm̃ H rkömen beleib͂n zulaſſ͂n, wie ſy dan͂ das In prauch herpracht hab͂n, Auch In alles daz zetun vnd zelaſs͂n daz In vnd Irn Voder͂n weilent mein Vatter ſälliger vnd vnnſer Voder͂n zethun ſchuldig geweſſ͂n ſein alles getrewlich vnd vngeuärlich Des zü Vrkundt &c.

Num. XCVIII. Mandatum Epiſcopale pro inquirendis & prohibendis Superſtitionibus. An. 1491.

HEINRICUS Dei gratia Epiſcopus *Ratiſponen͂.*

Dilecto nobis in Chriſto Religioſo viro Dño *Wolfgango Haimſtägkl* Granatori & Profeſſo Monaſterii Beate Marie Virginis in *Ror* ordinis ſancti *Auguſtini* Canonicorum Regularium noſtre Dioc. ſalutem in Dño & in commiſſis diligenciam adhibere. Ad noſtram peruenit Noticiam, in plerisque locis dicte noſtre dioc. errorem quendam paulatim ſuccreſcere, ut non nulli utriusque ſexus homines diuinum ſibi honorem vſurpantes, ac contra prohibicionem ſancte Matris eccleſie ſe diuinos ſeu *diuinatores* aſſerentes, & Carminacionibus, breuiis, ac ligaturis, nedum pecoribus verum eciam hominibus ſanitatem corporalem colore ſacrorum verborum admixtis ac aliis ſuperſticioni-

bus precipue occaſione queſtus polliceri pleroſque ſimplices ſic dementantes, illudentes & exaccionantes, ac plurima alia maleficia exercentes Nos vero ſcandalis & periculis animarum prout officii noſtri vigilans exigit ſollicitudo obviare volentes, vobis tenore preſencium comittimus, & ſub excomunicacionis pena diſtricte precipiendo mandamus, quatenus die dominica ſiue feſtiua, cum populus ad diuina congregatus fuerit, publice In ambone per vos vel aliarum eccleſiarum parochialium vobis ſubiectarum plebanos, presbiteros ſeu prouiſores huiusmodi ſuperſticiones pari pena inhibeatis, Omnesque & ſingulos non ſolum premiſſa exercentes, verum eciam eos, qui memoratos diuinos carminatores ſiue carminatrices ac ſuperſticioſos pro auxilio pretenſo adierunt, requiratis & euocetis, vt infra octo dierum ſpacium a publicacione veſtra huiusmodi coram Vobis ad detegendum huiusmodi ſuperſticioſarum obſeruanciarum errorem & actores earundem, nec non de hys ſuſpectos & infamatos compareant, denuncient, & proclament, Quos Nos eciam auctoritate ordinaria tenore preſencium ab huiusmodi ſuperſticionibus aliisque maleficiis per excomunicacionis penam & Sacramentorum eccleſiaſticorum ſubtraccionem deſiſtere cogimus ac compellimus & per Vos cogi & compelli volumus atque mandamus. Quod ſi quispiam illorum ut premittitur requiſitus vobis rebellis extiterit ſeu predictum errorem declinare & denunciare noluerit ad noſtram preſenciam tanquam de hereſi ſuſpectum invocato eciam brachio ſeculari ſi opus fuerit tranſmittatis Datum *Ratiſpone* die X Menſis Martii Anno Dñi etc. LXXXXI.

Num. XCIX.

Num. XCIX. Mandatum Epiſcopale pro inquiſitione Sortilegiorum. An. 1493.

RUPERTUS Dei gratia Epiſcopus *Ratiſponen̄.*

Dilecto in Criſto fratri *Wolfgango Haymſtöckl* profeſſo Monaſterii in *Ror* noſtre dioc. ſalutem in Dño. Quamuis Irradiante luce evangelice veritatis excluſe ſunt tenebre ydolatrie Vanitatis, Vt non jam ſicut olim vnaqueque gens abeat poſt deos ſuos, Nihilominus tñ Serpens antiquus, tumens veteri veneno ſuperbie, honorem ſoli Deo debitum, quo creditur ſolus omnium bonorum auctor & largitor, ſibi uſurpare ſathagit, ſaltem implicite faciens ſe adorari & honorari vt Deum. & ob hoc quoſdam homines, maxime muliebris ſexus, ſue malicie conſortes per pacta quedam tacita vel expreſſa adhuc inſtigat, vt ſe arroganti vocabulo *diuinos* vocitent, & auctore eorum diabolo auxiliatores & auxiliatrices In quacunque neceſſitate ſe exhibeant. Cum autem heretice prauitatis Inquiſitores de huiuſmodi diuinacione & ſortilegiis, niſi hereſim manifeſtam ſapiant, ſe non impediant, Ne huiuſmodi mala maneant impunita & In dies ſuccreſcant, Tibi comittimus & diſtricte precipiendo mandamus, quatenus in locis Monaſterio *Ror* ſpiritualiter ſew temporaliter ſubiectis huiuſmodi *diuinos*, ſortilegos, & maleficos, ac eorum participes, auxiliatores, ſew conſulentes eos, euoces & inquiras, eosque ſub excomunicacionis pena, quam auctoritate noſtra in eos & quemlibet eorum ferre poteris, ad abiurandum errores ſuos, ac ad detegendum infamatos alios, nec non auxilia eorum pretenſa, cogas & compellas, ac omnia & ſingula agas, facias & exerceas, que in huiuſmodi Inquiſicionis negocio fuerint neceſſaria & oportuna, & que inquiſitores heretice prauitatis agunt, ſeu agere poſſunt de Jure

vel conſuetudine. Quod ſiquiſpiam ſic per te requiſitus rebellis extiterit, ad noſtram preſenciam, tanquam de hereſi ſuſpectum, Inuocato eciam ad hoc ſi opus fuerit brachio ſeculari, tranſmittas. hac circa Vniuerſos & ſingulos cuiuſcunque condicionis ſiue ſtatus fideles preſentibus hortamur nobiſque ſubiectis in Virtute obediencie & ſub dicta excomunicacionis pena precipimus & mandamus quatenus antedicto Fratri *Wolfgango* in premiſſis, dum & quociens deſuper requiſiti fuerint, auxilio & conſilio fideliter aſſiſtant promptosque ſe exhibeant & fideles prout de ſinceritate fidei voluerint non immerito commendari. Dat. *Ratiſpone*. die XVIII menſis Februarii Anno Dñi etc. LXXXXIII.

Num. C. Inſtrumentum pro ſubſtituto Inquiſitore haereticae prauitatis. An. 1497.

In Nomine Domini Amen. per hoc preſens publicum Inſtrumentum cunctis ipſum intuentibus pateat euidenter, quod Anno a Natiuitate eiuſdem Milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſeptimo Indiccione quindecima Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Dñi noſtri Dñi ALEXANDRI diuina prouidencia Pape *Sexti*, anno eius quinto, die vero Martis quarta menſis Julii hora meridiei vel quaſi in Monaſterio *Ror*, Dioc. *Rat.* & ibidem in ſtuba anteriori in mei Notarii publici & teſtium infra ſcriptorum preſencia perſonaliter conſtitutus, Religioſus ac Venerabilis pater *Heinricus Inſtitoris* Ordinis Predicatorum ſacre theologie Profeſſor heretice prauitatis Inquiſitor per ſedem apoſtolicam prout in literis iiſdem ſew Bulla more Curie Romane & ſub plumbo expedita & roborata, quas publice exhibuit nec non per metropolitanas eccleſias videlicet *Maguntinen̄ Colonien̄.*

lonien̄ *Salzburgen̄* *Treuiren̄* & *Bremen̄* eorumque prouincias & ciuitates, terras loca & Dioceſes deputatus prout in eiſdem literis inferius inſertis clarius cernitur contineri, propoſuit atque dixit, quod in ſupradictis metropolitanis eccleſiis Dioceſibus & locis pro debita ſui officii heretice prauitatis, ut premittitur execucione facienda propter plurima fidei pericula occurrencia perſonaliter intereſſe non poſſit Quapropter omnibus melioribus modo via iure & cauſa quibus potuit & debuit Venerabilem in Chriſto Patrem Dominum *Wolfgangum Hamſtückel* pretacti monaſterii *Ror* Canonicorum Regularium ordinis ſancti *Auguſtini* Epiſcopi *Rat.* Dioc. Prepoſitum ibidem preſentem in ſuum Com̄iſſarium ſew Vicarium in negocio huiusmodi prout in quadam carta papirea ſigillo ſui officio heretice prauitatis inquiſicionis ſolito roborata, eciam inferius inſerta plenius continetur ſtatuit & ordinauit Quam quidem com̄iſſionem preſcripto Domino *Wolfgango Prepoſito* factam idem huiuſmodi commiſſionem in favorē fidei katholice ac ob ſalutem animarum ea qua debuit reuerencia in ſe aſſumpſit, tenores vero tam literarum apoſtolicarum quam ſupradicti Venerabilis Patris *Heinrici* inquiſitoris ſequuntur in hunc modum

„INNOCENTIUS Epiſoporum ſeruus ſeruorum Dei. Ad futuram rei memoriam ſummis deſiderantes affectibus prout paſtoralis ſollicitudinis cura requirit, ut fides catholica noſtris potiſſime temporibus vbique augeatur & floreat, ac omnis heretica prauitas de finibus fidelium procul pellatur, ea libenter declaramus ac eciam de nouo concedimus, per que huiuſmodi pium deſiderium noſtrum votiuum ſortiatur effectū, cunctiſque propterea per noſtre operacionis miniſterium quaſi per prouidi operatoris ſarculum erroribus extirpatis eiuſdem fidei zelus &

obſer-

obſeruancia in ipſorum corda fidelium fortius imprimatur. Sane nuper ad noſtrum non ſine ingenti moleſtia peruenit auditum, quod in nonnullis partibus Alamanie ſuperioris, nec non in *Maguntiñ*, *Coloniẽn*, *Treuerẽn*, *Saltzeburgẽn* & *Bremẽn*, prouinciis, Ciuitatibus, terris, locis & Diœc. quam plures utriusque ſexus perſone proprie ſalutis immemores & a fide catholica deuiantes cum demonibus, Incubis & ſuccubis abuti, ac ſuis incantacionibus, carminibus & coniurationibus alyſque nefandis ſuperſticys & ſortilegys exceſſibus criminibus & delictis, mulierum partus, animalium fetus, terre fruges, vinearum uuas, & arborum fructus, nec non homines, mulieres, iumenta, pecora, pecudes, & alia diuerſorum generum animalia, vineas quoque pomaria, prata, paſcua, blada, frumenta, & alia terre legumina perire, ſuffocari & extingui facere & procurare ipſaque homines mulieres, iumenta pecora, pecudes & animalia diris tam intrinſecis quam extrinſecis doloribus & tormentis afficere & excruciare, ac eoſdem homines ne gignere & mulieres ne concipere, viroſque ne uxoribus, & mulieres ne viris actus coniugales reddere valeant, impedire fidem preterea ipſam quam in ſacri ſuſcepcione Waptiſmi ſuſceperunt ore ſacrilego abnegare aliaque quam plurima nefanda exceſſus & crimina inſtigante humani generis inimico comittere & perpetrare non verentur in animarum ſuarum periculum, diuine maieſtatis offenſam ac perniciofum exemplum & ſcandalum plurimorum. quodquo licet dilecti filii *Henricus Inſtitoris* in predictis partibus Almanie ſuperioris in quibus etiam prouincie, ciuitates, terre Dioc & alia loca huiuſmodi comprehenſa fore cenſentur, nec non *Iacobus Sprenger* per certas partes linee Rheni ordinis Fratrum Predicatorum & theologie profeſſores heretice prauitatis Inquiſitores per litteras apoſtolicas deputati fuerint —

Datum

Datum *Rome* apud Sanctum *Petrum* Anno Incarnationis dominice Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo quarto Quarto Non̄ Decembr. Pontificatus noſtri Anno primo."

Verum cum ego ſupranominatus in bulla apoſtolica frater *Heinricus Inſtitoris* per quinque metropolitanas eccleſias ut premittitur inquiſitor heretice prauitatis non valeo propter plurima fidei occurentia pericula ſingulis prouinciis & locis pro debita execucione facienda perſonaliter intereſſe. Ideo Reuerendum in Chriſto Patrem *Wolfgangum Haymſtöckl Prepoſitum* monaſterii in *Ror* Canonicorum Regularium *Ratiſpon̄* Dioc. in meum Com̄iſſarium ſeu Vicarium pro omnimoda execucione facienda in & aduerſus dictam hereſin maleficarum, ſeu eciam aduerſus quoſcunque alios erroneos & hereticos a fide catholica quocunque modo deuiantes aſſumpſi & per preſentes aſſumo cum plena facultate procedendi & ſentenciandi ac puniendi iuxta C. Multorum de heretic. in Cle. ac ſi in propria perſona preſens adeſſem. Et hoc per totam Dioc. Ratiſponenſem taliter ut in caſu quo & ipſe perſonaliter tali execucioni faciende vacare non poſſet per aliquem ſeu aliquos ex ſuis ſubditis, que neceſſaria fuerint, explere valeat. In quorum omnium robur hanc recognicionem ſimul & com̄iſſionem officii Inquiſicionis manu propria conſcriptam ſigillo officii munire volui. Datum in *Ror* prefato monaſterio die quarta menſis Iulii Anno Domini MCCCCLXXXXVII.

Supra quibus omnibus & ſingulis premiſſis ſepedictis venerabilis Pater heretice prauitatis inquiſitor me Notarium publicum infra ſcriptum debita cum inſtancia requiſiuit quatenus deſuper vnum vel plura publicum ſew publica conficerem inſtrumentum

mentum ſew inſtrumenta. Acta ſunt hec Anno, Indicione, Pontificatu, die, menſe & hora quibus ſupra. Preſentibus honorabilibus viris *Andrea Schweybrer de Eberſtall* pro tunc Iudice in *Ror Conrado Stoer Rautſchreiber de Lantshuta*, *Nicolao Hagen*, *Johanne Schartelzan*, *Criſtano Khoder*, *Conrado Prew* ciuibus opidi *Ror* nec non pluribus aliis Chriſti fidelibus ad hoc vocatis.

(L.S.) Et ego *Kilianus Jordan* clericus in ſacris Rat. Dioc. ſupraſcripti monaſterii *Ror* Ord. Sancti Auguſtini Canonicorum Regularium profeſſus Imperiali Auctoritate Notarius per ſupranominatum Venerabilem Patrem *Heinricum Inſtitoris* heretice prauitatis Inquiſitorem in fauorem fidei katholice requiſitus quia premiſſarum litterarum exhibicioni, narracioni co̅miſſioni omnibuſque aliis & ſingulis dum ſicut premittitur, fierent & agerentur unacum prenotatis teſtibus preſens interfui, eaque ſic fieri vidi & audiui. Idcirco hoc preſens inſtrumentum manu alterius fideliter ſcriptum, me aliis negociis prepedito, confeci & in hanc formam publicam redegi, ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis conſignaui, & manu mea propria me ſubſcripſi. In fidem & teſtimonium premiſſorum rogatus

Num. CI. Literae Wolfgangi Praepoſiti in Rohr ad Parochum in Abenſperg contra Maleficos. An. 1499.

Gracias vtinam Deo gracias & zelum. pro D̅no Deo exercituum. Venerabilis vir D̅ue & amice colende, Peruenit rumor ex fide dignis, quod ciuitas *Abenſperg*. cuius Deo auctore paſtor eſtis, plena ſit ydolatrie ſpurcicys nam ut dicitur, plures preſertim mulieres malefice ibi ſunt, qui ſua maleficia eciam in non modicum dampnum Conciuium exercent.

Quod

Quod ſi ita eſt, admiror vehementer, cum ſitis doctus ac famoſus Predicator & vir cordatus, cur non reſiſtatis talibus maximis criminibus eciam uſque ad ſangwinem. Si enim non ceſſatis clamare & exaltare quaſi tubam vocem contra vanitates, ſcelera &c. Et quidem bene, cur ſiletis pro hoc maximo malo ydolatrie ſaltem implicite factus eſtis canis mutus non valens latrare. Credo, quod timeatis proprie pelli, ne malefice vos maleficiant &c. ſi ſic modice eſtis fidei, & plus timetis vetulas quam Deum, cum certiſſimum ſit, quod malefice nichil poſſint aduerſus Predicatores ac ceteros iuſticie executores, vel quia deſperaſtis de ſalute predictarum maleficarum, quod ſint a Deo totaliter auerſe, & verba veſtra non ſint ſatis ad eas reducendas. Sed attendite, obſecro, verba ſancti *Auguſtini* in ſermone de *Augurys*: „bene noſtis Kariſſimi me vobis frequenter ſupplicaſſe, vt ſacrilegas & paganorum Conſuetudines obſeruare minime deberetis. ſed quantum ad me multorum relacione peruenit apud aliquos parum proficit. Et quia ſi vobis non dixero, pro me & pro vobis redditurus ſum in die iudicii racionem & vobiscum michi erit neceſſe eterna ſupplicia poſſidere. ego me aput Deum abſoluo, dum iterum atque iterum admoneo pariter & conteſtor, ut nullus ex vobis diuinos & ſortilegos inquirat, nec eos de qualibet cauſa uel infirmitate interroget, nullus ſibi incantatores exibeat, quia quicunque fecerit hoc malum ſtatim peribit baptiſmi Sacramentum, & continuo ſacrilegus & paganus efficitur, & niſi grandi elemoſina & dura & prolixa penitencia ſubuenerit ſtatim in eternum peribit.“ S. *Auguſtinus*. Et ſi auerſas non poteſtis conuertere, ſaltem innocentes ut ſibi a talibus caueant per veſtras ſalubres exortaciones auiſate, Dabitis veniam pro multitudine verborum, quia ſi non timerem pro anima mea racione officii Inquiſicio-

ficionis malefice prauitatis, quod ut ſcitis michi incumbit, ſaltem parcerem proprie quieti. Accingimini igitur & eſtote vir fortis, ſtate in acie pro D no Deo exercituum, ipſe erit adiutor. mundate manus veſtras a ſangwine omnium eorum, quod fit ſi non obmiſeritis, qum annuncietis eis omnia ſcelera eorum, Redundaret credite in dedecus veſtrum ſi vel ego vel aliquis ſubditorum meorum propter veſtram negligenciam mitteremus falcem in meſſem veſtram, quod tamen facere poſſem, ut in litteris comiſſionis michi facte claret euidenter. Nec ſatis erit in vno ſermone contra hoc maximum malum clamare ac vocem exaltare, ſed in pluribus ſibi ſuccedentibus, vt vel ex continuo clamore rumpantur ſurde aures maleficarum. in hoc facietis D no Deo rem gratiſſimam, & pro pecatis veſtris acceptabilem valete Dat. *Ror* Anno &c. 1499 In die viſitacionis *Marie*

Fr. Wolfgāgus
Prepoſitus In Ror

Venerabili viro Magiſtro Eraſmo Rābein in decret. licenciato Plebano in Abenſperg &c. D no & Amico colendo.

MONU-

PRAEFATIO.

Devotae quaedam Virgines prope Capellam S. Georgii in Oppido *Burckham*, olim *Burgeck*, & *Graven-Burckhaim* dicto, ſub Magiſtra *Chunegunde* divinis Laudibus, aliisque piis operibus vacaſſe traduntur.

Quoniam vero Locus iſte earum Intentioni ac Inſtituto minus videbatur commodus, Fundator BERCHTOLDUS nobilis Comes de *Graiſbach*, cum conjuge ADELHEIDE apud SIBOTHONEM Epiſcopum Auguſtanum, Loci ordinarium, precibus ſuis impetrarunt, ut earum habitatio inde ad *Campum ſpecioſum*, qui nunc *Schönfeld* dicitur, haut procul a Lyci & Danubii confluentia, transferretur, ubi hodie conſpicitur, & ad differentiam alterius Parthenonis, eiusdem ordinis in Suevia ſiti *Niederſchönfeld* adpellatur.

Quae

Quae de *Adelheidis*, Cyprii Regis, ut ajunt, filiae raptu, ideo injuncta Poenitentia, occaſione fundationis &c. circumferuntur pia ſomnia, in *Topographia Bavariae* legenda, hodie vix fidem invenient.

Ad verum videtur accedere propius, *Adelheiden* iſtam, haut quaquam ex Inſula *Cypro* & regiis Natalibus, ſed e viciniis Comitibus de *Lechsgemunde* oriundam, quo nomine ſe ipſam compellat (*Diplomat. Miſcell.* N. III.) hoc ipſum Praedium Marito in dotem attuliſſe, unde & is ipſe poſthac non modo de *Graiſpach*, ſed & de *Lechsgemunde* dici voluit. (N.II.)

Exiſtimamus praeterea, pias iſtas Sorores nequaquam ſub ſaeculari veſtitu, ſed a ſui Exordio monaſtico Inſtituto S. *Benedicti*, ſub reformatione *Ciſterſienſi* fuiſſe addictas, eoquod *Sibotho* Epiſcopus in Diplomate Translationis An. MCCXLI. dato (N. I.) & INNOCENTIUS IV. An. MCCLIV. (N. IX.) *Chunigundam*, alias *Magiſtram* dictam, jam Titulo *Abbatiſſae* ſalutent, ejusque coetum, *Conventum*, & *Monaſterium* adpellent.

In iſto igitur ſecundae commorationis loco erectum Parthenium, Tetrarchiae *Monacenſi* ſub Praefectura *Raienſi* adſcriptum, in *campo ſpecioſo* ſitum ad hunc usque diem inſigniter floret, & bonum undique odorem ſpargit.

Praeter

Praeter larga Benefactorum, praeprimis Sereniſſimae Domus boicae, quae eidem acceſſerunt, Incrementa, maximum ſibi de eo meritum comparavit R. R. Domina *Barbara Gantnerin* de *Ingolſtat*, quae authographa omnia, ut perenni eorum conſervationi proſpiceret, in quatuor magnae molis voluminibus membraneis eadem manu nitide transſcribi fecit, Exemplo rariſſimo.

Nec minus de Muſis noſtris, hisque Monumentis meritam dixerimus R. R. D. D. JULIANAM, illuſtrem hodie Antiſtiten, quae haec ipſa volumina, juſtas coenobii ſui opes, longo ſatis tempore uſui noſtro conceſſit, rara ſane benignitate, pro merito heic praedicanda, quam utinam & alibi nobis paſſim experiri contingat!

Iſtud autem dolemus ſummopere, ſigillorum ectypa, ab eadem D. D. Abbatiſſa illuſtri LORIO noſtro credita, poſt hujus fata neſcio cujus rapace aut parum ſana Manu nobis, immo publico Vſui, fuiſſe ſubducta.

Quae vero heic primo exhibemus Inſtrumenta, egregia prorſus ſunt, plurimique Vſus, multamque Lucem boicae ac vicinae Nobilitati afferunt.

Nobis

Nobis jam reliquum eſt, ut perilluſtri ac generoſae Dominae Abbatiſſae, cum ſacro Virginum ſuarum choro, omnem ab optimo Numine in plurimos annos proſperitatem optemus.

SERIES

SERIES
RR. DD. ABBATISSARUM
in Niederſchönfeld.

I. D. Chunegundis Weicknerin, ab An. 1241. † 1268.
II. D. Irmengardis de Meilnhart. † 1274.
III. D. Eliſabetha Com de Neiffen. † 1275.
IV. D. Judith. Truchſeſſia de Graiſpach. † 1283. *
V. D. Gertrudis Com. de Lechſperg. † 1306.
VI. D. Gutta de Straſs. † 1324.
VII. D. Anna Com. de Neiffen. † 1337.
VIII. D. Gertrudis II. Mareſchalca de Dornſperg. † 1343.
IX. D. Agnes de Mur. † 1367.
X. D. Vrſula de Schmiehen. † 1377.
XI. D Eliſabetha II. Com. de Neiffen. † 1392.
XII. D. Agnes de Pfolheim. † 1401.
XIII. D. Clära de Holzham. † 1411.
XIV. D. Eliſabetha III. Hirſchlacherin. † 1423.
XV. D. Afra de Gumperg. † 1445.
XVI. D. Martha Marſchalca de Oberndorf. † 1464.
XVII. D. Anna II. de Knöring. † 1487.
XVIII. D. Lucia Zennerin. † 1513.
XIX. D. Barbara Gantnerin. † 1534.

* *Carolo* STENGELIO in Mantiſſa commentarii Rer. Auguſt. Vindel. pag. 87. adpellatur *de Straſs.*

XX. D. Anna III. Hauſnerin de Stetperg. † 1541.
XXI. D. Lucia II. de Ebran. † 1559.
XXII. D. Margaretha Leitgebin † 1565.
XXIII. D. Vrſula II. Pfesfelderin. † 1583.
XXIV. D. Vrſula III. Hauſnerin. † 1597.
XXV. D. Barbara II. Langin. † 1637.
XXVI. D. Maria Cleophe Haidenpucherin. † 1657.
XXVII. D. M. Euphemia Vattigin de Cronburg. † 1702.
XXVIII. D. M. Antonia Preyin de Straſkirchen. † 1740.
XXIX. D. M. Abundantia de Schrenek. † 1745.
XXX. D. M. Bernarda de Donnerſperg. † 1748.
XXXI. D. M. Conſtantia ab Aſch. † 1749.
XXXII. D. M. Maximiliana de Sazenhofen. † 1762.
XXXIII. DD. M. JULIANA de WILDENAU ab An. 1763.

MONU-

MONUMENTA
SCHOENFELDENSIA.
DIPLOMATARIUM
MISCELLUM.

Num. I. Epiſcopalis confirmatio hujus Parthenonis. An. 1241.

In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, Amen. *Sibotto* Dei gratia *Auguſt.* Eccleſiae Episcopus. Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſsae totique Conventui in *Schönfeld*, ſalutem in Spiritu Sancto. Et ex injuncto nobis incumbit officio, & ſanctorum nos patrum provocant exempla, ut animarum ſaluti propenſius intendentes in grege nobis comiſso vitam beatam, disciplinae formam, religionis regulam quantum poſsumus dilatemus pariter & firmemus. Quapropter dilectae nobis in Chri-

ſto filiae veſtris piis deſideriis, imo Illuſtris Domini CHUNRADI *Romanorum* Regis, nec non & fidelium veſtrorum fundatorum nobilis Comitis BERCHTOLDI de GREISELBACH, ac uxoris ſuae Dominae ADELHAIDIS obnixis precibus inclinati, de conſilio & aſſenſu confratrum noſtrorum licentiam dedimus & gratiam, ut propter cauſas quasdam necesſarias & graves, quae ſpiritualibus obſervantiis incommodabant ibidem de Eccleſia Sancti *Georgii* in *Burckham* transferentes in *campo ſpecioſo*, qui vulgariter *Schönfeld* dicitur, reſidentiam ibidem habeatis in perpetuum Deo famulaturae ſub Regula B. *Benedicti* in habitu, & ordine *Ciſtercien.* ejusdemque Ordinis correctione, viſitatione pariter & privilegiis a ſede Apoſtolica concesſis in Domino gaudeatis. Hoc tamen pacto, ut in ſignum reſpectus & reverentiae matricis Eccleſiae B. *Mariae* ſemper Virginis in *Auguſta* in Feſto Nativitatis ejusdem in Eccleſiae ſuae luminaria libram cerae annis ſingulis perſolvatis. Verum commutationem illam, quam pro loco veſtro, qui in *Lechsgemünde* ad parochialem Eccleſiam pertinebat, de aſſenſu plebani ejusdem *Heinrici* nomine facta eſt cum area una in *Marxhaim* approbamus, & confirmamus vos, & locum veſtrum, & omnia bona vobis attinentia, quae nunc habetis, ſeu poſthac fueritis habiturae praecipue praedium in *Herrmanenhofen*, praedium in *Hulmting*, curiam in ſuperiori *Burckham*, praedium in *Oſtrodelshauſen*, curiam in *Mittelſtetten*, Praedium in *Faulwinckhl*, praedium in *Schönberckh*, praedium in *Hirſchbach*, praedium in *Teitingen*, curiam in *Steteberckh*, curiam *Wildorff*, cum aliis omnibus veſtris ſub B. *Mariae* perpetuae virginis, & noſtram protectionem recipimus ſpecialem. Praeterea ipſam donationem, quam praedictus Comes nobilis, & uxor ejus praeſentibus nobis fecerunt, videlicet, ut idem locus veſter cum omnibus ſuis pertinen-

tinentiis, quae nunc conſtructa ſunt, ſeu de coetero conſtruentur in eo, nec non & omnia bona veſtra tam mobilia quam immobilia, quae impraesentiarum poſsidetis, vel in futurum fueritis quocunque modo rationabili poſseſsione ab ipſis, & ab univerſis haeredibus ſuis, ab omni jure advocatitio liberata ſint, & exempta. Renunciantes quoque pro ſe, & pro omnibus ſuis, ſicut dictum eſt, haeredibus omni juri quod in eis habuerant, vel habere poterant, haec omnia ad eorum inſtantiam in Domino confirmamus Statuentes, ut nullus veſter ſeu quorumcunque bonorum veſtrorum ſit Advocatus perpetuis temporibus, ſed ob memoriam noſtri, & in ſalutem benefactorum veſtrorum conceſsa vobis per nos & Eccleſiae veſtrae fundatores libertate plena *Ciſtertien.* Ordinis, ſicut jam praedictum eſt, in Domino gaudeatis Inſuper cum ſaepedictus Comes in augmentum ſuae ſalutis, miniſterialibus ſuis, & omnium ſuae familiae, tam ſuae, quam haeredum ſuorum ipſe liberam contulerit poteſtatem conferendi bona ſua tam mobilia quam immobilia vobis & veſtris ſororibus ſucceſsuris ibidem in perpetuum Deo degentibus, prout cuique Dominus inſpirarit, Nos ipſam conceſſionem confirmamus in Chriſto, & praecipimus inviolabiliter obſervari. Ut autem haec rata, & inconvulſa debeant permanere, & illibata obſervari, literam praeſentem ad petitionem veſtram & ſaepedicti Comitis, & ejus uxoris inſtantiam conſcribi fecimus, & in noſtrae confirmationis, ac donationis eorumdem evidens teſtimonium tam noſtro, quam ipſorum ſigillis conceſsimus communiri. Siquis autem his rite peractis ſcienter voluerit contraire, vosque in rebus aut perſonis, ſeu jure veſtro turbare praeſumpſerit, omnipotentis Dei de perpetrata malitia non effugiat ultionem. Omnibus autem benefactoribus vobis Tranquillitatis veſtrae, ſeu juris veſtri conſervatoribus ſit ſalus, &

pax.

pax, & gaudium ſempiternum, Amen. Datum *Auguſtae* Anno Dominicae incarnationis Milleſimo Ducenteſimo XLI. *Quinto Idus Januarii.*

(Ex Hundio Gewoldi.)

Num. II. Immunitas a Teloneis. An. 1242.

In nomine ſanctae, & individuae Trinitatis. BERCHTOLDUS Dei gratia Comes de LECHSGMUND.N Cunctis in perpetuum praeſentem paginam inſpecturis, Salutem. Quoniam omnium facta mortalium Temporalem motum ſequuntur, & pereuntibus hominibus ſimul ipſorum facta intereunt, neceſse eſt, ut quae ſua natura tendunt ad interitum, literarum adminiculo fulciantur, & ab oblivionis interitu defendantur. Notitiae igitur poſterorum transmittimus praeſentis ſcripti teſtimonio, quod nos pro remedio animae noſtrae, ac deceſsorum noſtrorum, Coenobio in *Schonfelt* de novo nobis inchoantibus talem donavimus gratiam perpetuo tam a nobis quam a noſtris haeredibus poſſidendam, ut omnes homines ibidem Deo ſervientes cum ſua familia tam per ſtratas quam navigia ſeu etiam omnia loca in noſtra jurisdictione conſtituta ſecuri, & indemnes incedant. Si vero jam dicti coenobii homines res ſuas de loco in locum producere contigerit, nullus officiatorum noſtrorum cenſum, vel Theoloneum neque in pontibus, nec in aliis locis in aeternum ab ipsis recipiet. Hanc vero donationem a nobis factam ab aliquo irritari nolentes, praeſentem paginulam conſcribi, & ſigilli noſtri Teſtimonio fecimus roborari, ut ſic omnium ſuccedentium nobis calumniam excludamus, & noſtra vivat memoria in aeternum. Hujus rei teſtes ſunt *Heinricus de Vogelsberg*, *Heinricus de Weispurg*, *Remigius de Marchaim*, *Chunradus Ruffus* minor *Heinricus* Notarius, *Chunradus de*

Fünff-

Fünfſtatt junior, *Remoldus de Kheutſperg*, & alii multi. Datum apud *Graispach* anno ab incarnatione Domini Milleſimo Ducenteſimo Quadrageſimo ſecundo. Indict. XV. (Ex Hundio Gewoldi.)

Num. III. Exemtio capellae filialis a Jurisdictione Eccleſiae matricis circa An. 1242.

In nomine Sancte trinitatis & indiuidue vnitatis Amen fidelis eſt litterarum cuſtodia quia res geſta fideliter narrat & in tempore calumnie prebet amminiculum veritati, Hinc eſt quod nos *Berchtoldus comes de Graiſbach* per preſens ſcriptum ad noticiam volumus peruenire poſterorum quomodo nos venerabili patre noſtro *Sibotone* dei gratia *auguſtane* Eccleſie Epiſcopo conſenciente & confirmante, habito ſimul ad hec fauore diſcreti & honeſti viri *Friderici* tunc temporis legittimi paſtoris in *Burckham* Capellam Sancti *Georgii* filiam predicte matricis eccleſie in *Burckham*, cum omnibus eidem Capelle ratione dotis attinentibus, duabus videlicet areis ſuis in ſepedicta villa *Burckham* & agro tres Jugeres continente, prato quoque quod in vulgari *Widenannger* nuncupatur, ab omni iurisdictione, qua iure canonice prenominate eccleſie matrici fuerat ſubiugata, pleno iure exemimus, & ad laudem & honorem ſancti ſpiritus perpetue libertati donavimus, Tali videlicet pacto, quod in teſtimonium exemptionis huiusmodi ſingulis annis *Sex ſolidi Longiores auguſtane* monete plebano matricis eccleſie iure perpetuo perſoluantur, Hys taliter geſtis, proceſſu temporis facta inquiſitione ſubtili de dotibus ſepe dicte capelle, ſupradictus *Fridericus* plebanus in *Burckham* timens eccleſiam ſuam per talem inquiſitionem nimis damnificari, Cenſum annualem videlicet *ſolidos Sex*, pro libertate ſepe dicte capelle inſtitutos, plenarie remiſit, hoc pacto quod nulla in poſterum a quoquam ſu-

per

per dotibus prelibatis fieret inquiſitio; Igitur ut hec libertas & exemptio rata permaneat & inconcuſſa, preſentem paginam conſcribi & ſigillo domini *Auguſtani* Epiſcopi & noſtro & predicti plebani cenſuimus roborari;

Num. IV. Venditio Curiae Illichdorf cum pacto. An. 1242.

In Nomine Sancte & indiuidue Trinitatis Amen. Ego *Adelhaidis* Dei gratia Comitiſſa de *Lechesgemundt* omnibus in perpetuum preſens ſcriptum intuentibus Salutem in eo qui eſt vera. Salus. Fidelis eſt cuſtodia Literarum que res geſtas fideliter narrat &. emergentibus calumniis firma prebet obſtacula falſitati. Hic tenore preſentium patefiat tam preſentibus quam futuris. Quod nos dilectis in criſto Sororibus in *Schonfelt* quamdam curiam in *Illichdorff* quam nobis Dilectus maritus noſter *Comes Berchtoldus* ad tempus vitae noſtrae donauit poſſidendam, de voluntate ipſius mariti noſtri pro duodecim Libris *auguſten.* dedimus ad comparandum. Ad hec venerabiles Sorores *Kunegundis* tunc temporis in cenobio *Schonfeldt magiſtra* & totus conuentus eiusdem firmiter conpromiſerunt ſi nos vel Comes *Berchtoldus* maritus noſter ſuper Juuenes vel ſui heredes ſuperuixerint nobis, & prefato cenobio in *Schonfeldt* duodecim libras *auguſten.* infra ſpatium nouem annorum perſoluerint quod tunc temporis predicta curia *Illichdorff* noſtre vel mariti noſtri vel ſuorum heredum reddatur poteſtati. Sin autem ſpatium predicti temporis apud nos vel mariti noſtri heredes neglectum fuerit predicta curia *Illichdorff* prememorato cenobio & vniuerſis hominibus ibidem Deo famulantibus cedet imperpetuum. Hanc vero emptionem rationabiliter factam ab aliquo irritari nolentes preſentem paginam cum teſtibus ſubnominatis conſcripſimus,

mus, & tam dilecti mariti noſtri quam noſtro fecimus ſigillo roborari. Huius rei teſtimonium ſunt *Heinricus de Vogelbeeckh*, *Heinricus de Wirſpurgk*, *Longinus de Lehchaim*, *Chunradus Ruffus*, *Heinricus Notarius*. Datum apud *Greiffenſpach* anno Dni Milleſimo, Ducenteſimo quadrageſimo ſecundo, Indictione ſedecima.

Num. V. Separatio Hoſpitalium in Murnau & Burckham, authoritate epiſcopali facta. An. 1246.

SIBOTTO Dei gratia *Auguſten.* Eccleſiae Epiſcopus. Omnibus literae praeſentis inſpectoribus, ſalutem in Domino. Notificamus vobis quod hospitali apud *Murnavv*, & hospitale apud *Burckham* in principio conſtructionis eorum ſic connexa fuiſsent, & unita, & ſub uno magiſterio, ſub uno quoque Titulo hospitalitatis ac religionis adinvicem eſsent connexa, poſtmodum propter nimiam locorum diſtantiam, & personarum domus hinc inde ſeparationem cottidiano patebat experimento, quod taliter neutrum eorum vix ab his qui utrique affines exiſtebant, nec non in poſseſsionibus ſeu rebus mobilibus propter locorum diſtantiam recipere poſset per opera Caritatis incrementum. Unde ad perſuaſionem Domini Comitis BERCHTOLDI de *Lechsgemündt*, & Dominae Comitiſsae uxoris ſuae, & aliorum virorum diſcretorum hoſpitalia ipſa a vinculo fraternitatis, quo connexa fuerant, ab invicem ſeparavimus, ſub diſtinctione poſseſsionum quoque, quas habebant. Ita, quod hoſpitale *Murnavv* bona, & poſseſsiones ſibi adjacentes, & alterum in *Burckham* ſibi adjacentes penitus ab invicem diviſa perpetuo in quieta tenerent diviſione. Ne vero in his impoſterum aliqua poſset controverſia ſuboriri, in horum teſtimonium literam hanc

fecimus conſcribi, & ſigillo noſtro comuniri. Acta ſunt haec apud *Auguſten*. Anno Milleſimo Ducenteſimo quadrageſimo ſexto, Menſe Martio.

(Ex Hundio Gewoldi.)

Num. VI. Permutatio Decimarum. An. 1246.

Vniuerſis preſentem paginam inſpecturis *Berchtoldus comes de Graiſpach* ſequentis rei geſte noticiam, Ne ſub ſole geſta cum tempore tranſeant, tutum eſt ea litteris perennari, Notum ſit igitur preſentibus & futuris quod cum nos monaſterio Sanctimonialium in *Schonfeldt* tanquam *fundatores* teneamur prouidere, Decimam quam Decanus de *Burckham* de predio in *hermanſhouen* predictarum Sanctimonialium ſue ſoluendam eccleſie, & noſtro accedente conſenſu, alio predio redimendam, deuotus indulſit, redemimus tali forma iuxta condictum aliud predium, dimidium reddens libram conparatam ſuper altare Sancti *Nicolai* ſolenniter tribuendo vbi monaſterium alios nobis redditus equiualentes in predio ſuo dicto *Hirbach* reſtituit iure proprietatis a nobis poſſidendas, Teſtes facte huius rei ſunt hij Dominus *R abbas de ceſarea*, *Reigel de Alteſhaim*, *waltherus* dictus *waller*. H de *vogelſperck*, vt autem omnis in poſterum alterationis tollatur occaſio, preſentem paginam duximus ſicut oportuit noſtri Sigilli recipere munimentum, prefati domini *auguſtane* eccleſie epiſcopi & prenominati Decani de *Burckham* ſigilla appendenda decernentes Actum Anno domini incarnationis domini Milleſimo Ducenteſimo Quadrageſimo ſexto;

Num.

Num. VII. Donatio Capellae S. Michaelis prope Holtzam. An. 1247.

In nomine ſancte Trinitatis & indiuidue vnitatis Amen. Cum labilis & fugitiua ſit hominum memoria neceſſe eſt, vt ea que geruntur ſub tempore ſcripto mancipantur, ne ſimul cum tempore labantur. Hinc eſt quod nos BERCHTOLDUS *Comes de Graiſeſpach* notum fieri volumus, vniuerſis tam preſentibus quam futuris preſentem paginam inſpecturis, quod nos ad laudem & honorem nominis Dei & ob reuerentiam glorioſe virginis marie, nec non pro remedio peccatorum noſtrorum Juspatronatus quod in *capella* quae dicitur *Sancti michaelis* ſita prope parochiam nuncupatam *Holtzham* cum omnibus ſuis appendiciis libere contulimus deuoto collegio ſanctimonialium in *Schonfeld* iure perpetuo poſſidendum, certam ſpem habentes a Domino Deo nos mercedem condignam percepturos. Vt igitur hec rata permaneant & inconcuſſa preſens ſcriptum ſigilli noſtri munimine duximus roborandum. Teſtes ſunt hij *Regle Dapifer Vlricus ſacerdos Wernherus* conuerſus *Conradus* conuerſus *Rudegerus Scriptor* & alii quam plures. Datum in *Graiteſpach* Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo quadrageſimo ſeptimo, *feria quinta* infra ebdomadam *penthecoſtes*.

Num. VIII. Augmentum factae donationis in Hermanshouen. An. 1253.

In nomine patris & filij & ſpiritus ſancti Amen Vniuerſis christi fidelibus preſentes vite pariter & future Ego OTTO dei gratia *Comes palatinus Reni dux bauarie* Salutem in vero omnium ſaluatore cum hijs qui in ſublimitate poſiti ſunt neceſſaria ſit religioſarum ad deum deuota oratio, Nos accedente conſen-

ſu heredum noſtrorum ſanctimonialibus in *Schonfeldt* deo militantibus omnem litis materiam ſuper bonis ſuis ex *hermanſhouen* & hoſpitalis in *Burckham* que dilectus *Comes Berchtold ſenior de Graiſpach fidelis noſter* eisdem condonauit, decidere volentes, omne ius poſſeſſionis ſicut a iam dicto Comite olim habuerant in predictis bonis, que nunc proprietatis titulo ad nos pertinere dinoſcuntur, cum omnimoda immunitate duximus contradendum predicte acceſſioni, tali conditionis articulo interiecto, ut nunc & in poſterum noſtri & coniugis noſtre heredumque noſtrorum in conuentu earumdem ſororum memoria perpetua haberetur. Ne vero ſuper hijs prefatis dei famulabus ulla deinceps valeat ſuboriri calumnia, preſentem paginam ſigilli noſtri munimine decreuimus roborari Datum *Aug*. Anno dñi Milleſimo Ducenteſimo quinquageſimo tercio *Quarto ydus Auguſti*;

Num. IX. Confirmatio pontificia. An. 1254.

INNOCENTIUS Episcopus Servus Servorum Dei, dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſsae Monaſterii in *Schönfeld*, ejusque ſororibus tam praeſentibus quam futuris, regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus apoſtolicum convenit adeſse praeſidium, ne forte cujuslibet temeritatis incurſus aut eas a proposito revocet, aut robur, quod abſit, Religionis enervet. Eapropter dilectae in Chriſto filiae veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Monaſterium Sanctae Dei Genitricis & Virginis *Mariae* in *Schönfeld Auguſt.* Dioeceſis, in quo divino eſtis obsequio mancipatae, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & praeſentis ſcripti privilegio communimus. Imprimis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo

Mona-

Monaſticus, qui ſecundum Deum, & B. *Benedicti* regulam atque inſtitutionem *Ciſtertien.* fratrum a vobis poſt Concilium generale ſuſceptam in eodem Monaſterio inſtitutus eſse dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus obſervetur. Praeterea quascunque poſseſsiones quaecunque bona idem Monaſterium impraeſentiarum juſte, & Canonice poſsidet, aut in futurum conceſsione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium ſeu aliis juſtis modis praeſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, ac quae vobis ſucceſſerint, & illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum in quo praefatum Monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis. Grangiam quam habetis in *Hermanneshoven* cum omnibus pertinentiis ſuis. Poſseſsiones quas habetis in locis *Burckham*, *Artlſingen*, *Illichdorff*, *Culmendingen*, *in ſuperiori Beuchingen*, *Tottingen*, *Nandershaim*, *Fautwinckhl*. *Stenenbach*, *Marxhaim*, *Vegedſwerde*, *Mittelſtetten*, vulgariter nuncupata cum terris, pratis, vineis, nemoribus, uſuariis & pascuis, in boſco & plano, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus ſuis. Sane novalium veſtrorum, quae propriis ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, ſive de hortis & virgultis, ac de piſcationibus veſtris, ſeu de veſtrorum animalium nutrimentis nullus a vobis decimas exigere, vel extorquere praeſumat. Liceat quoque vobis perſonas liberas & abſolutas a ſeculo fugientes ad converſionem recipere, & eas absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli ſororum veſtrarum poſt factam in monaſterio veſtro Profeſsionem, fas ſit ſine Abbatiſsae ſuae licentia de eodem loco diſcedere, diſcedentem vero absque com̃unium literarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Illud diſtrictius inhibentes,

tes, ne terras ſeu quodlibet beneficium Eccleſiae veſtrae collatum liceat alicui perſonaliter dari ſeu alio modo alienari absque conſenſu totius Capituli, vel majoris aut ſanioris partis ipſius. Siquae vero donationes vel alienationes aliter, quam dictum eſt, factae fuerint, eas irritas eſse cenſemus. Inſuper auctoritate Apoſtolica inhibemus, ne ullus Epiſcopus vel quaelibet perſona, ad Synodos vel Conventus forenſes vos ire, vel judicio ſaeculari de veſtra propria ſubſtancia, vel poſſeſsionibus ſubjacere compellat, nec ad domos veſtras, cauſa ordinis celebrandi, cauſa tractandi vel aliquos conventus publicos evocandi praeſumat, nec regularem electionem Abbatiſsae veſtrae impediat; aut de reſtituenda, vel removenda quae pro tempore fuerit contra ſtatuta Ciſtercien. Ordinis ſe aliquatenus intromittat. Pro conſecrationibus altarium vero, vel Eccleſiarum, ſive pro oleo ſancto, vel quolibet Eccleſiaſtico ſacramento nullus a vobis ſub obtentu conſuetudinis vel alio modo quicquam audeat extorquere, ſed haec omnia gratis vobis Epiſcopus veſter impendat: alioquin liceat vobis, quemcunque malueritis Catholicum adire antiſtitem, gratiam & communionem apoſtolicae ſedis habentem, qui noſtra fretus auctoritate vobis quod poſtulatur impendat. Quod ſi ſedes Dioeceſani Epiſcopi forte vacaverit, interim omnia Eccleſiaſtica Sacramenta a vicinis Epiſcopis accipere libere, & absque contradictione poſsitis, ſic tamen, ut ex hoc impoſterum proprio Epiſcopo nullum praejudicium generetur. Quia vero interdum proprii Episcopi copiam non habetis, ſiquem Epiſcopum, ut diximus, Romanae ſedis gratiam, & communionem habentem, de quo plenam notitiam habeatis, per vos tranſire contigerit, ab eo benedictiones vaſorum, & veſtium, & monialium, & conſecrationes altarium auctoritate ſedis apoſtolicae recipere valeatis. Porro ſi

Episco-

Episcopi vel Eccleſiarum alii Rectores in Monaſterium veſtrum, vel perſonas inibi conſtitutas, ſuſpenſionis, excommunicationis, vel interdicti ſententiam promulgaverint, ſive etiam in mercenarios veſtros, pro eo, quod decimas, ſicut dictum eſt, non perſolvitis, ſive aliqua occaſione eorum, quae ab apoſtolica benignitate vobis indulta ſunt, ſeu benefactores veſtros, pro eo quod aliqua vobis beneficia vel obſequia ex charitate praeſtiterint, vel ad laborandum adjuverint in illis diebus, in quibus vos laboratis, & alii feriantur, eandem ſententiam protulerint, ipſam tanquam contra Apoſtolicae ſedis indulta prolatam decernimus irritandam. Praeterea cum comune interdictum terrae fuerit, nihilominus liceat vobis in veſtro Monaſterio excluſis excomunicatis & interdictis divina officia celebrare. Pari quoque etiam tranquillitati veſtrae paterna impoſterum ſollicitudine providere volentes auctoritate Apoſtolica prohibemus, ut infra clauſura locorum ſive *Crangiarum* veſtrarum nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem tenere, capere, vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere. Praeterea omnes libertates, & immunitates a praedeceſsoribus noſtris Romanis Pontificibus ordini veſtro conceſsas, nec non libertates & exemptiones ſecularium exactionum a Regibus & Principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, auctoritate apoſtolica confirmamus, & praeſentis ſcripti privilegio communimus, & decernimus. Nulli ergo omnium hominum liceat praefatum Monaſterium temere perturbare, aut ejus poſseſsiones aufferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare; ſed omnia integre conſerventur earum, pro quarum gubernatione, & ſuſtentatione conceſsa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Salva ſedis Apoſtolicae auctoritate. Si qua igitur in futurum

turum Eccleſiaſtica ſaecularisve perſona hanc noſtrae conſtitutionis paginam ſciens contra eam venire temptaverit, ſecundo tertiove cōmonita, niſi erratum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honorisque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſsimo corpore, & ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jesu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictae ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jesu Chriſti, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem praemia aeternae pacis inveniant, Amen. Datum *Neapoli* per manum *Guill.* magiſtri Scholaris *Parmen.* S. R. Ec. Vice-Cancellarii VI. Calend. Decembr. Indict. XIII. Incarnationis Dominicae anno M. CC. LIV. Pontificatus vero Domini INNOCENTII Papae IV. anno duodecimo.

(Ex Hundio Gewoldi.)

Num. X. Donatio Eccleſiae in Tulgen. An. 1257.

LUDOUICUS DEI gratia dux *Bauariae* Comes palatinus *Reni* vniuerſis criſti fidelibus ad quos praeſens ſcriptum peruenerit Salutem in omnium Saluatore, Ne res geſtae aliquam obliuionem patiantur, temporum diuturnitate ſeu hominum malitia infringantur neceſſarium requiritur eaſdem ſcripture fideli teſtimonio confirmari, Tenore ergo preſentium vniuerſis tam futuris quam preſentibus conſtare volumus & patere, quod nos deliberatione bona praehabita Sanctimonialibus ſeminis in *Schonfeldt* ordinis Ciſtercienſis *auguſtanae* dioeceſis deo deuote famulantibus ipſarum volentes inopiam releuare contulimus Eccle-

ſiam

ſiam in *Tulgen* cum Jure patronatus, & aduocacie ac omnium pertinentiis earundem ſecundum ordinis ipſarum inſtituta & priuilegia pure libere, & abſolute perpetuo poſſidenda pro anime noſtre ac omnium anteceſſorum, & ſucceſſorum parentum noſtrorum remedio & ſalute, Ita ut quando iam dicte Domine in *Schonfelt* *) iuxta *Rein* ciuitatem noſtram facta eccleſiam memoratam, pleno iure ac pacifice ſine alicuius hominis contradictione poſſederint iure ſupraſcripto, eam in poſterum habiture, plebano eiusdem Eccleſiae, qui eam facta donatione tenuit viam vniuerſe carnis ingrediente, vel & viuo voluntarie reſignante, omnes manſi ac hube noſtrae, quorum prouentus ſepe dicte domine in memoriam noſtrae donationis medio tempore fuerant percepte ad nos redeant pleno iure noſtris ſicut prius ac heredum noſtrorum vtilitatibus ſerviture, Ne ergo huiusmodi donatio aliquando ab aliquo heredum noſtrorum ſub praetextu proprietatis, aduocatie ſeu defenſionis aut alia occaſione, qualibet infringatur Et vt ſtabilis & firma in perpetuum ab omnibus conſeruetur, preſentem paginam noſtri Sigilli appenſione fecimus roborari, Teſtes huius donationis ſunt hij *Wernher* de *Lab* abbas de *Bruckeberg*, *Winhardus* der *Rorbach*, *Hainricus* de *Iſolteſriedt*, *Hainricus Sibenhar Dieterich Notarius* & alij quam plures Datum apud *Newburg* Anno dni Milleſimo Ducenteſimo Quinquageſimo ſeptimo Indictione quindecima *Quarto Nonas Julij.*

Num. XI. Donatio Juris pro perpetua in ſacris Memoria. An. 1261.

In nomine ſancte & indiuidue trinitatis Amen. Nos *Rudolfus* dei gratia Abbas, S. *decanus* totusque conuentus in *Tegernſee,*

*) *Heic quidpiam deficere videtur.*

ſee, vniuerſis preſentem litteram inſpecturis Salutem in ſeculi conditore, Quoniam ea que apud homines geruntur, lapſu temporis in obliuione ſolent ſepius deuenire, neceſſe eſt memorie digna ſcripture beneficio roborari, Nouerint ergo tam poſteri quam preſentes quod nos ad inſtantiam venerabilis abbatiſſe & Conuentus *Schönfeldenſis* contulimus eiſdem in duobus prediolis in *huntzenhouen* omne ius quod in eiſdem eccleſia noſtra dinoſcitur habuiſſe, vt proinde noſtri memoriam in ſuis orationibus habeant ſempiternam, & in huius rei teſtimonium preſentem eis dedimus paginam cum ſubſcriptis teſtibus Sigilli noſtri munimine roboratam, Teſtes ſunt Nos R, gratia abbas S. *Decanus* totuſque conuentus noſter. *vlricus velleſlorn*, *Berchtoldus velleſlorn*. Item duo *filij velleſlorn Chunradus* & *Berchtoldus*. *Heinricus teſtudo*. *Otto de portenhus Bauarus* & filius ſuus *Gerwinus de Egge*, duo de *grann* de *ſachſinkham*, duo de *warngio* fratres *Hainricus* & *Chunradus* & alij quam plures. Datum in *Tegernſee*, Anno domini Milleſimo Ducenteſimo ſexageſimo primo, *Kalendis Septembris*.

Num. XII. Adpropriatio Curiae ſeudalis Mitelſteten. An. 1267.

Nos LUDUICUS Dei gratia *Comes palatinus Rein dux Bauarie*, Tenore preſentium profitemur & conſtare volumus vniuerſis, quod dilectus fidelis noſter *Arnoldus de Straſſe* curiam in *Mittelſtetten* quam a nobis iure feudali tenuit pro remedio anime ſue Eccleſie in *Schonfeldt* per manum noſtram donauit, ſub hac forma, quod annis ſingulis pro vita & perſona ſua predicte eccl'ie ad maiorem confirmationem huiusmodi donationis vnum modium tritici perſoluet. Ipſo vero decedente pre-

predicta curia cum attinentiis ad ipſam eccl'iam abſolute & libere reuertetur. Nos ſiquidem proprietatem prefate curie que nos reſpiciebat, memorate eccl'ie poſſidendam dedimus pleno Jure. In cuius rei teſtimonium & roboris firmitatem preſentem literam Sigilli noſtri munimine dari iuſſimus communiri. Datum & actum *Otmari.* Anno milleſimo Ducenteſimo ſexageſimo ſeptimo. *Quarto Kalendas octobris.*

Num. XIII. Renuntiatio praetenſionis. An. 1269.

In nomine domini Amen Ego *Heinricus* Decanus de *Burckham* tenore preſentium confiteor & conſtare cupio preſentium inſpectoribus vniuerſis Quod cum ego coram ſororibus eccleſie de *Schonfeldt* inferiori affirmaſſem concedendo, quod ipſe de *Capella ſancti Georgij* ſita in villa *Burckham* monaſterio tenentur ſoluere ſingulis annis, *quindecim denarios* & *quatuor ſolidos longiores*, Sorores prefate prolatis in medium literis, ſigillis Reuerendi patris Domini SIBOTONIS epiſcopi *auguſtn.* & *Illuſtris Comitis de Graiſpach Berchtoldi* & honeſti viri *friderici* quondam legitimi paſtoris parochie de *Burckham* fideliter munitis certam mihi fidem fecerunt, Quod capella prenominata cum dotibus & vniuerſis attinentiis ſuis prius fuerat Juriſdictionis parochie iam dicte cuius quoque filia fuerat legitime exempta & libertati perpetue mancipata, Ego autem viſis huiusmodi literis ſanis non raſis non concellatis, non in parte alia viciatis, ceſſi protinus liti ymo Juri, ſiquid habui in capella ſepe dicta vel in dotibus ipſius aut habere videbar, renunciaui legitime & expreſſe, In horum omnium memoriam perpetuam & noticiam pleniorem, preſentes exinde confectas ſigillo proprio munitas prelibatis duxi ſororibus aſſignandas Teſtes huius rei

Mm 2 ſunt

ſunt *Rudolffus* dictus *de ſinfſtat Hainricus* dictus *de Werdenaw* ſacerdotes, & Ceſari~en Abbas *Lenhardus*, *Marquardus* carpentarius *Chunradus de Landſhut Chunradus* ſutor. *Walther* Textor *Chunradus* Faber, *Hainricus* ſutor conuerſi de *Schonfeldt inferiori Hartmanus* capellanus ibidem *dominus de Langingen* & alii complures, acta ſunt, anno domini Milleſimo Ducenteſimo, ſexageſimo Nono, Indictione duodecima In die ſancto *pent~hecoſtes.*

Num. XIV. Relaxatio ſubjectionis feudalis. An. 1270.

In nomine ſancte & indiuidue trinitatis Cum omnia facta mortalium motum ſequantur temporalem neceſſe eſt ea que a modernis tractantur tenaci ſcripturarum memoria perennari Ad notitiam ergo vniuerſorum, qui preſens ſcriptum reſpexerint tam preſentium quam futurorum deuenire cupimus & protendi, Quod nos *Henricus* de *Eberſtall*, quedam bona videlicet duas Curias in *wayden* & terciam in *hollerperg* quas *Marſcalci* de *Schiltperg ſenior* & *Junior* iure feodali a nobis habere videbantur quibus nobis reſignatis petierunt humiliter & deuote quod proprietatem ipſorum bonorum ſanctis dominabus in *ſchonfeldt* donare dignaremur, Ipſarum ergo peticionibus annuentes & ſaluti anime noſtre feliciter prouidentes, iam dictas Curias in *weyden* & *holerperge* Cenobio & ſanctis monialibus in *Schönfelt* Jure proprietatis donauimus perpetuo poſſidendas, Teſtes autem qui huic donationi interfuerunt ſunt hy Dominus *Berchtoldus Comes de Marſtetten*, dominus *Conradus* de *Niphen* & frater *albertus* de *ſchonfelt* & alij quam plures, Vt hec omnia rata permaneant & penitus inconuulſa, preſentem paginam ipſis conſcriptam, ſigillo *Auunculi noſtri Comitis Bercholdi* de *Marſtetten*

ſtetten & domini *Conradi de Niphen* ac noſtro fecimus communiri, Acta eſt autem hec donatio pro vna Curia in *Newburg*, pro altera In *Marſtetten* & pro tercia que ſita eſt In *holerperge* In *auguſta*, Anno domini Milleſimo Ducenteſimo Septuageſimo in die Sancti *Johannis ante portam latinam*, *Sexto Kalendas Julij.* *)

Num. XV. Traditio annui cenſus. An. 1270.

Des Montags do man zehen tag het geuaſtet da waren diſe tading zw *Munichen* zwiſchen wir *Berchtolden* von *Schiltperg* dem *Marſchalk*, vnd meinem Son *Vlrichen*, vnd wurden alſo verRichtet, vnd mit der beſchaidenhait, das ich *Berchtolt* vnd *Vlrich* von *Schiltperg* des vergehen, das wir hawir haben gegeben Jarlich gen *Schonfelt* vier pfund gulte nach herrn gült vff den houen beden zw *weyden* vnd ainem hoff zw *Sylenbach* der gultet zwey pfundt *augſpurger*, vnd das mir mein *Vlrich* ſoll gebenn zw *peiſenberg* drewhundert Käſe vnd drew *ſaum* wines zw dem zill, als an der alten handtueſte beſcheiden iſt, vnd ob ich nit enbin das got nicht enwelle, ſo ſolle daſ ſelb gut zw *peiſenberg* meinem Sun *Vlrichen* wider an erben, vnd all ſein erben, Darüber ich *Berchtolt* vergihe das ich mich aller der anſprach die er gegen mir het vmb *hundert marck ſilbers* vnd vmb *zway* vnd *ſibentzig pfundt Regenſpurger pfening*, vnd vmb den wechſell des guts zw *Heimhauſen* das ich da wider geben han hintze *Schonfelt* den hoff zw *Awenpach*, alſo wan der mer gultet dan des gut zw *Haimhauſen*, das *Vlrich* das haben ſoll vff dem hoff zw *Gundrichauſen*, vnd *zehen ſchilling herrengült* vff dem ſelben hoff zw *gundrichauſen*, vnd iſt das der hoff zw *gundrichauſen* nicht mer gultet dan *zehen ſchilling*, vnd der uberſchuſs vff dem hoff

zw

*) Hoc die celebratur feſtum SS. *Johannis & Pauli.*

zw *Awenpach* das ſoll *vlrich* mir widerlegen, an anders gute, vnd ſoll der hoff ſein weſen, vnd iſt der gulte mynder das ſol ich *vlrichen* widerlegen, Ich *Berchtolt* vergihe auch das. das ich mich an dem tag des guts des mir von meiner hauſsfrawen ledig ward, verzeihe vff meinen Son *Vlrichen* vnd vff ſein erben, das ich ſolt haben gehabt. als ander mein gut auff das zill, die alt handtueſte ſag, Ich *Berchtoldt* vnd *Vlrich* von *Schiltenperg* verlehen des, das mit der handtueſt, das alle handtueſt, tod iſt an dem gut zw *peiſenperch* vnd an meiner hauſſrawen gut *Vlrichs* mutter vnd an allen andern meinen Rechten gantz iſt als ytz da ſtet. In diſen Tadingen ſind geweſen her *Conrad* der *Schiltenperger* der Chorherre, vnd der Brobſt zw Sandt *Johans* zw *Regenſpurg*, Brueder *Libhart*, *Conrat* der *pogener*, *Arnolt* der *Straſſer*, her *weychnant* von *Turingspurck*, her *Diepolt* von *pernpach* her *Marquart* von *weylenpach*, *Vlrich* von *Erenpach* *Geſwin* von *Simeshawſen* *Conradt* von *Steſling*, Das diſe ding vnd tading ſtet beleyb vnd nicht werd gekrennckt, des han ich *Berchtolt* von *Schiltennperg* der *marſchalck* vnd *vlrich* mein Son, vnd Ich *weychnant* von *Turingeſpurck* diſen brieff ver In ſigelt, vnd Ich *Conrad* von *Schilttenperg* der Chorher vnd der Brobſt zw Sand Johanns zw *Regenſpurg* vnd iſt das geſchehen zw *Munichen* In der barfueſſen ſtuben Da von Criſti geburd waren Tauſent Jar vnd zwayhundert iar vnnd Sibentzigk Jare.

Num. XVI. Donatio Bonorum in Raittenbrun An. 1272.

In nomine Domini Amen Cum omnia facta mortalium oblivionis voragine ſubmergantur expedit ea ſcripturarum, & teſtium

teſtium ſubſidio comendari. Nos igitur *Berchtoldus* dei gratia *Comes de Marſtetten* notum facimus omnibus preſens ſcriptum intuentibus quod nos omnia bona noſtra in *Raittenbrunnen* ſita que ad nos proprietatis titulo ſpectare dinoſcebantur communi conſenſu heredum meorum Sanctis Monialibus in *ſchonſeldt* ordinis *Ciſtercien* dedimus ac etiam contulimus perpetuo poſſidenda In cuius noſtre Collationis evidens teſtimonium & plenam firmitatem preſentes dedimus Sigillo noſtro fideliter roboratas. Actum, & datum *Auguſte* Anno dñi Milleſimo Ducenteſimo Septuageſimo ſecundo in choro ſancti *vdalrici.*

Num. XVII. Conceſſio curiae ad vitalitium. An. 1272.

Omnibus Xpi fidelibus preſentem paginam inſpecturis *Irmengardis* humilis abbatiſſa in *ſchonfeld* inferiori Salute vero perhennari. Ad notitiam vniuerſitatis veſtre peruenire cupimus, quod dominus *Marquardus miles de willenpach*, curiam noſtram in *Bobenhauſen* ſitam, ſcilicet inferiorem pro decem libris denariorum cum omnibus pertinentiis ſuis omni familie domus noſtre annuente & ratum habente, a nobis comparauit ea videlicet mediante conditione, vt poſt mortem ipſius ſine quorumque heredum contradictione libere & abſolute in remedium anime ſue ad eccleſie noſtre redeat poſſeſſionem. Et huiusmodi contractus vt firmus permaneat preſentem paginam & ſigillo domini *vdalrici de ſchiltperg* & noſtro diſpoſuimus roborari. Huius rei teſtes ſunt frater *libardus* fr *albertus*, frater, *Chunradus* faber. *Eberhardus de wicklingen Otto de Scherinſhouen Cunradus de Bobenhauſen*, *herolt* ibidem acta ſunt hec Anno domini Milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſecundo.

Num. XVIII. Traditio fidejuſſoria. An. 1274.

Wan das billich iſt das man alle warhait behabe mit der heiligen geſchrifft. Thu ich Graff *Berchtoldt* khundt allen den die diſen brieff anſehen, das *Eberhart* von *Schweinespeundt* mein Ersamer dienſtman und ſein hauſſraw vnd ſeines brueders Son herrn *Reinbott'n* vnd all ſein erben mit verdachtem mut, mit meinem gutten Willen haben geben ſo gethon Ein geſchefft als wir hetten zw *Ranhertzhoven* uber ein gut vnnd einen Man *Vlrich* der mir ledig ward von meines vettern Son von den weyſen Nunenfrawen von *ſchonfeldt* der Ab˜tiſsin *Judenten* *) vnd Irer Sammung vnd geloben wir daſ ich *Eberhart* vnd mein erben daſs wir des guts und des Manes ir gewer ſein als wir zw Recht ſollen. und das das ſtat beleibe darumb ſo hab ich Graff *Berchtoldt* mein Inſigel an diſen brieff gehenckt vnd bin des gezeug, das das alſo iſt und *Berchtold* der alt *marſchalck* von *Schiltperg* vnd herr *Lewpold* von *Kayſham* vnd herr *Hartman* von *Laugingen*, vnd brueder *Liebhart* von *ſchonfeld* vnd brueder *Chunrat* von *Landtſhut* vnd brueder *Conradt* der *Kurſthneyer*, vnd brueder der *bawmaiſter* vnd brueder *Etech* vnd maiſter *Lewe* vnd *Hainrich* der *gaſtknecht* des Jars da Tauſent Jar vnd zwayhundert vier und ſibentzig Jar von vnſers herren geburde waren, da ward derer vnns zw einer hanndveſte geben.

Num. XIX. Adpropriatio Decimae feudalis in Bobenhauſen. An. 1281.

HARTMANUS dei gratia Eccleſie *Auguſtane* Epiſcopus vniuerſis preſentium inſpectoribus Salutem in domino. Cum domi-

*) *Judith, Truchſeſſia de Gruisyach.*

dominus *vlricus Marſcalcus de ſchilpperg miles*, bona quedam, videlicet Decimam in *Bobenhauſen* a nobis & ecclefia noſtra in feodo teneret & ipſum feodum noſtris manibus reſignauit Notum eſſe volumus vniuerſis quod ad petitionem ipſius domini *marſcalci* & ob dilectionem quam dilectis in criſto Abbatiſſe & conuentui In *Schonfeld inferiori* ordinis Ciſtertien gerimus proprietatem dictorum bonorum eiſdem Abbatiſſe & conuentui donauimus perpetuum poſſidendam In cuius euidens teſtimonium preſentes ſigillo noſtro dedimus fideliter cōmunitas Datum *Auguſte* Anno domini Milleſimo Ducenteſimo lxxx primo *Quinto ydus Februarij*.

Num. XX. Venditio quorumdam Bonorum in Teyſenhouen An. 1282.

Vniuerſis preſentium inſpectoribus *Hainricus Speto* de *Vaimigen* notitiam ſubſcriptorum, Que abolere conſueuit oblivio literarum inditio memorie teneantur Cuius rei cauſa notum eſſe cupimus vniuerſis, quod nos bona quedam in *Tyſenhouen* ſita videlicet curiam, quam nunc colit & inhabitat Villicus *Walcherus*, ac Hubam quam *Conradus* dictus *Clain* colit, que bona nobis a Venerabili domino noſtro HARTMANO *Auguſtenſis* Eccleſie epiſcopo titulo feodi pertinebant, Reuerendis dominabus Abbatiſſe & Conuentui in *Schonſelt inferiori* ordidinis ciſtercienſis, dioceſis *Auguſtenſis* vendidimus titulo proprietatis tenenda perpetuum & vtenda, voluntate & conſenſu ipſius domini noſtri epiſcopi plenius accedente, ipſi domino noſtro epiſcopo curiam noſtram in *Riethhuſen* ſitam que *vetternhoff* dicitur nobis proprietatis titulo pertinentem in dictorum bonorum in *Tyſenhouen* ſitorum reſtaurationem condonantes & de

eadem Curia in *Riethuſen* ſita ab ipſo domino noſtro Epiſcopo infeodantes ſicuti in predictis bonis venditis per eum fuimus infeoditi, & ſicut etiam ipſius domini noſtri epiſcopi data ſuper hec publica continent inſtrumenta, In cuius teſtimonium preſentes ſepedicti domini noſtri Epiſcopi & noſtro ſigillis obtinuimus & fecimus communiri Datum & actum Anno domini Milleſimo Ducenteſimo Octageſimo ſecundo, *octauo ydus Maij.*

Num. XXI. Teſtimonium permutati feudi. An. 1282.

HARTMANNUS dei gratia Eccleſie *Auguſtenſis* Epiſcopus vniuerſis preſentium inſpectoribus, Salutem in eo qui eſt omnium vera ſalus, Vt facta hominum in ſuo robore perſeuerent Expedit vt ſcripturarum ac teſtium ſubſidium adiuuentur Cum igitur *Hainricus* nobilis dictus *Speto* de *Vaimingen* Curiam ſitam in *Tyſenhouen* quam *Waltherus* noſter colit & inhabitat, & hubam ibidem quam *Chunradus* dictus *Klain* colit, que bona a nobis in feodo tenuit, Dilectis in criſto Abbatiſſe & conuentui in *ſchonfelt* inferiori vendiderit pleno iure, Notum eſſe volumus vniuerſis Quod nos per dictum Nobilem *Spetonem* de curia ſua in *Riethuſen* ſita que *vetternhoff* dicitur, que proprietatis titulo ſibi dicitur pertinere, nobis & eccleſie noſtre recompenſatione facta proprietatem predictorum bonorum videlicet Curie & hube in *Tiſenhouen* ſepe dicto monaſterio in *ſchonfelt* donauimus vtenda perpetuum & tenenda, In cuius noſtre donationis euidens teſtimonium & debitam firmitatem preſentes Sigillo noſtro dedimus communitas. Teſtes ſunt dominus *Rudolfus* eccleſie noſtre *Decanus*, dominus *wolf*, de *Rohe*, *friderich de zolern*, *Degenhar* de *harlenſtain* eccleſie noſtre *Canonici Hainricus Güſſe* miles Caſtellanus noſter, *Chunradus*

Notarius noſter, *Vlricus* & *Chunradus* fratres dicti de *Schwenningen Hainricus* de *Gunthingen Sifridus Murarius Chunradus Lotero* & alij plures, Actum & datum *Auguſte* Anno domini Milleſimo Ducenteſimo Octageſimo ſecundo *Quarto ydus Maij.*

Num. XXII. Litterae Venditionis. An. 1282.

Ego *Vlricus* & *Gerungus* nec non & T.. fratres mei tenore preſentium profitemur & conſtare volumus omnibus preſentia inſpectoribus Quod ex conſenſu Nobilium dominorum noſtrorum de *Gundelfingen* videlicet dictum *Degenhart* & dictum *Sibottoni* Manſum noſtrum ſitum in *Tyſenhouen*, quem quidam dictus *Clein* excolit, dominabus in *Nidernſchoufelt* vendidimus iure proprietatis quod ſi proceſſu temporis iam domine, quod abſit, in predicto manſu aliqualiter fuerint occupate, Nos pro ſuppletione equiualentes redditus de curia *Gerungi* ſita in *Gundelfingen* antedictis dominabus donamus quouſque prelibatus manſus ſepedictis dominabus fuerit ſecundum iura regionis totaliter expeditus, Huius rei teſtes ſunt dominus S. de *Rieth* miles To dictus *mynſterer Vlricus* filius *Rietherij*, *vlricus* de *hoiuchremph* nobiles, *Vlricus* de *Rechenhem Vlricus* dictus *Spitzenkurtz* C dictus *Camerer* & alii quam plures fide digni, Sed ne poſſit in poſterum alicui dubietatis ſcrupulus oriri preſentes literas conſcribi & ſigilli dominorum de *Gundelfingen* munimine fecimus communiri Acta ſunt hec Anno domini Milleſimo Ducenteſimo Octageſimo ſecundo. *Nonas Junij.*

Num. XXIII. Venditio Bonorum in Herbeſhouen. An. 1282.

Vniuerſis preſentium inſpectoribus *Albertus de villebach miles* Noticiam ſubſcriptorum ad habendam geſtarum memoriam expedit ea ſcripturarum & teſtimoniorum ſubſidiis adiuuari cuius rei cauſa notum eſſe cupio vniuerſis Quod ego bona quedam in *herbeſhouen* ſita, mihi proprietatis titulo pertinentia, videlicet manſum, quem dominus *otto miles de Marendorff* recolende memorie & heredes ſui a me tenuerunt iure & titulo feodali, Reuerendis dominabus Abbatiſſe & Conuentui in *Schonfelt inferiori* ordinis ciſtercienſis *Auguſtane* dioceſis, quam proprietatem vendidi & donaui pro quadam Sūma peccunie tenendam perpetim & utendam ipſo iure, quo mihi competat vel competere videbatur, voluntate & aſſenſu filiorum predicti domini *ottonis*, videlicet *Emtoldi*, *Ottonis* & *Conradi*, plenius accedente, In cuius teſtimonium preſentes meo ſigillo predictis dominabus abatiſſe & conuentui dedi fideliter comunitas, Teſtes ſunt *Sifridus marſchalckus de oberndorff*, G, & v *de Rehelingen* v. de *Ellingen Albertus prepoſitus* & alij quam plures. Actum Anno domini Milleſimo Ducenteſimo Octageſimo ſecundo *Quinto Kalen. Septembris.*

Num. XXIV. Incorporatio Eccleſiae Tulgen. An. 1283.

In nomine domini Amen Nos HARTMANNUS Dei gratia eccleſiae *auguſtane* Epiſcopus vniuerſis praeſentes literas inſpecturis volumus eſſe notum, quod nos ob honorem dei & glorioſe virginis marie accedente pleno conſenſu noſtri Capituli & concordi Venerande domine *Gertrudi* abbatiſſe & Conuentui ſororum de *Schonfeldt* inferiori Ciſtercienſis ordinis noſtrae dioceſis,

ceſis, damus & dedimus omnes fructus & prouentus parochialis Eccleſiae in *Tulgen* cuius Jus patronatus per donationem Illuſtris Domini LUDOUICI Comitis palatini *Reni* ducis *Bauarie* ad eaſdem ſorores de *Schonfeldt* legitime fuerat deuolutum cum omnibus iuribus ſuis & attinentiis quibuscunque poſſidendas & tenendas in perpetuum pleno iure Recognoſcimus igitur & preſentibus proteſtamur nos ante dictis ſororibus de *Schonfeldt* Ipſiſque ſuccedentibus vniuerſis de conſenſu noſtri Capituli ſolenni donatione conſenſiſſe pariter ac donaſſe ſupradictam eccleſiam *Tulgen* parochialem noſtre diocefis cum omnibus filiabus ſuis ſibi attinentibus & vniuerſis Juribus ſuis ac pertinentiis in ſpiritualibus & temporalibus regendam tenendam, vtendam pariter & fruendam integraliter, & quiete, Ita ſane quod vacante ſepe dicta eccleſia in *Tulgen* abbatiſſa que monaſterio prefato de *Schonfelt* pro tempore prefuerit nobis & noſtris ſucceſſoribus aliquem ſecularem ſacerdotem preſentet inueſtiendum a nobis cura debita animarum Cui etiam ſacerdoti Ipſa abbatiſſa de *ſchonfeldt* talem prebendam conſtituat de qua epiſcopalibus & archidiaconalibus iuribus valeat reſpondere, In euidens igitur omnium preſcriptorum teſtimonium preſentes literas ſepedictis ſororibus de *Schonfeldt* inferiori dedimus ſigillorum noſtri, ac noſtri Capituli appenſionibus roboratas, Teſtes huius rei ſunt *Ludouicus prepoſitus Rudolffus decanus Marquardus ſcolaſticus Vlricus cuſtos Rudolffus plebanus Magiſter Burckhardus doctor decretorum Sifridus de Alchiſhauſen*, *Degenhardus de Harlenſtein*, *Heinricus de friburg*, *Heinricus de Wittolzhouen archidiaconi*, *fridericus de Zolr Wollhardus de Rott Waltherus de purckheim* & alii plures Canonici noſtri Capituli ſiue fratres, Datum *Auguſte* Anno domini Milleſimo ducenteſimo octogeſimo tertio *Quarto Nonas aprilis*.

Num.

Num. XXV. Traditio Praedii pro annuo cenſu. Poſt an. 1283.

Wir Sweſter *Gertrawt* die Abtiſſin vnd aller der Conuent zw dem *Nidernſchonfeldt*, thun allen den khundt die diſen brieff leſennt oder horen leſenn Das her *Hainrich* der vorſter von *Haſelbach* vnns vff hat geben Er vnd all ſein erben, das gut das er datz *Tulgn* hat, vnd das er es von vnns ze ainem *Zinſlehen* wider hat empfanngen vnd ſoll vnns alle Jar ain halb pfund wachs daruon geben, Vnd wen ſy es an wellen weren ſo ſollen ſy vnns es wider erſt an pietten ze kauffenn Des ſein gezewgen brueder *Conrad* der *maiſter* brueder *Conrad* der *ſchuhmaiſter* brueder *Vlrich* der *Kelner Conradt* der *Kurſchner* vnd her *Wernher* der *Erlbach* von Rain.

Num. XXVI. Traditio quorumdam Bonorum, cum conſenſu Domini directi. An. 1283.

In nomine Domini Amen. Nos *Berchtoldus* dei gratia *Comes de Graispach* tenore preſentium profitemur, recognoſcimus & ad notitiam univerſorum tam preſentis vite quam future, qui preſens ſcriptum reſpexerint legerint ſive audierint cupimus devenirè pariter & protendi. Quod dominus *fridericus* miles dictus de *funſſtat* bona ſua in *Rottenberg* videlicet Curiam & hubam unam cum omnibus pertinentiis & Juribus ſuis, agris, pratis, ſilvis. paſcuis queſitis vel inquirendis habitis vel habendis Dne *Gertrudi* Abbatiſse & Conuentui *ſancte marie* inferiori *ſchonfeldt* Ordinis *Ciſtercien. auguſtn* diocesis in remedium anime ſue & progenitorum ſuorum libere pure prorſus & abſolute pleno iure tradidit perpetuo poſſidenda, Quia vero predictus Miles bona prenominata a nobis iure tenuit feodali & noſter

ſter dinoſceretur eſse miniſterialis ſupplicavit nobis humiliter & devote quatenus memorata donatio ſeu traditio per manum noſtram debito modo confirmaretur. Nos vero ardentiſsimis precibus annuentes nec non ſuum fidele obſequium nobis ſaepius oſtenſum memorie reducentes, ſed & deo in hac parte famulari cupientes dum noverimus, quia qui bonis cooperatur bonum operari comprobatur ſepedictam donationem per omnia approbamus, ratam habemus, & ſecundum communem conſuetudinem terre manu noſtra tenendo portando, & pro omni poſse noſtro defendendo fideliter confirmamus. Inſuper ne opus tam pium & ſalubre in poſterum ab aliquo poſsit irritari preſentis membrane ſcriptione ſigilli noſtri appenſione nunc & in futurum omnino curamus roborare. Teſtes etiam qui preſentibus interſuerunt, ſunt hij: *Heinricus* Vicarius in *Lechsmundt* frater *Chunradus* m'gr in *ſchonfeldt*, frater *Chunradus* m'gr calciorum frater *vlricus* cellerarius, *fridericus* miles, *Dapifer* dictus *Regel de Graispach*, *Eberhardus de Schweinespeundt*, *Conradus* prepoſitus & alii quam plures. Acta ſunt hec Anno g're dmce incarnationis Milleſimo Ducenteſimo octageſimo tertio in die b. Germani Epi *Quarto Kalendas Junij.*

Num. XXVII. Adpropriatio Praedii. An. 1284.

Nos LUDOVICUS dei gratia *Comes palatinus Reni dux Bavarie* Notum facimus preſentium inſpectoribus qui predium ſitum in *Reichersheim* quod quondam dilectus fidelis noſter *Hilbrandus* de *Gumppenberg* a nobis in feudo tenuit, & quod monaſterio & Conventui ſanctimonialium in *ſchonfeldt* tradidit, & donavit in remedium anime noſtre titulo proprietatis donamus & pleno iure dominii transferimus in ipſum monaſterium

&

& Conventum. In cuius rei teſtimonium preſentes dedimus ſigilli noſtri robore comunitas. Datum in *Newburg* Anno dm Milleſimo Ducenteſimo Octageſimo quarto.

Num. XXVIII. Arbitramentum ſuper Nemore Widach. An. 1284.

Anno dni Milleſimo ducenteſimo octogeſimo quarto *decimo quinto Kalendas Aprilis*. Nos frater *Trutwinus* abbas de *Ceſarea* Ciſtercien ordinis, *auguſten.* dioceſis, Arbiter, arbitrator, ſeu amicabilis compoſitor in cauſa que inter abbatiſſam & Conuentum monialium eccleſie in *inferiori Schonfeld* ex una, *Henricum* rectorem eccleſie de *Lechſgmundt* ſuper quodam nemore quod dicitur *Wydach* vertitur ex parte altera, a partibus communiter electus, habita diligenti inquiſitione, cognitis & iam meritis cauſe eiuſdem, perceptisque teſtibus hinc inde productis, & eorum atteſtationibus publicatis, communicato proborum Virorum iuriſperitorum conſilio videlicet dni *Rudolffi* decani maioris eccleſie *auguſten.* dni *Wolfhardi* de *Rot*, Canonici eiusdem eccleſie, ac dni *H--* dicti *Schrottl* officialis dni Epiſcopi *auguſten.* magiſtri Berchtoldi dicti, dni *Sifridi de Alckenhauſen* archidiaconi, ac magiſtri *Rudolfi pedagogi* Nobilis Viri *dni ottonis filii Illuſtris Comitis Tirolis*, iuxta traditam nobis poteſtatem ordinamus, diffinimus ac arbitramur, predictum nemus, dictum *Widach* Monaſterio in *Schonfeld* inferiori Ciſtercien. ordinis *auguſten.* dioceſis proprietatis titulo pertinere, prefato Rectori eccleſie in *Lechſgmund* ſuper eodem nemore perpetuum Silentium imponentes hijs in ſcriptis In nomine Patris & filii & ſpiritus ſancti. In horum igitur euidens augmentum & notitiam pleniorem preſentem paginam ſigillorum noſtri,

ac

ac dni *Rudolfi decani auguſten.* ac dni *Wolfhardi de Rott* ac officialis predictorum fecimus munimine roborari. Actum & datum in eccleſia *auguſten* Sancti *Johannis* Anno & die prenotatis.

Num. XXIX. Compromiſſum in Arbitrum, An. 1284.

In nomine domini Amen Anno ab incarnatione eius Milleſimo Ducenteſimo Octageſimo quarto, *Decimo Kalendas marcij* Inditione duodecima vniuerſis preſentium inſpectoribus, *Gertrudis* abbatiſſa totusque Conuentus ſanctimonialium in *Schonfelt* inferiori Ciſtercienſis ordinis, *Auguſtenſis* dioceſis & *Heinricus* Decanus in *Lechſgmund* Sinceram in domino charitatem, Nouerit vniuerſitas veſtra & omnes & ſinguli firmiter recognoſcentes, Quod nos abbatiſſa nomine eccleſie noſtre & ego Decanus eccleſie mee in *Lechſgmund* vnanimi conſenſu accedente pariter & aſſenſu in queſtione ſiue controuerſia que vertitur ſeu verti ſuponitur inter nos ſuper quadam parte nemoris dicto *Weidach* In Reuerendum & Venerabilem Abbatem de *Ceſarea* compromiſimus tanquam in arbitrum arbitratrorem ſeu amicabilem compoſitorem iureiurando, & nihilominus ſub pena cauſe compromittentis, quod quidquit per predictum abbatem, dictum arbitrum arbitratum ſeu ſententiatum fuerit in controuerſia ſupradicta ratum firmum habebimus & acceptum, nec contrauenîamus aliquo tempore in futurum, pars dicta que contra propter reatum periurij a iure quod ſibi competebat cecidit ipſo iure. In cuius compromiſſionem preſens inſtrumentum noſtris & venerabilis patris domini Epiſcopi *Auguſtenſis* ſigillis voluimus roborari, Nos HARTMANUS Epiſcopus eccleſie *auguſtenſis* ad petitionem dictarum partium preſens inſtrumentum ſignauimus noſtro ſigillo.

Num. XXX. Privilegium Caeſareum. An. 1285.

Nos RUDOLPHUS Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, ad univerſorum tam praeſentium quam futurorum notitiam volumus pervenire. Quod nos honorabiles, & religioſas perſonas Abbatiſſam, & Conventum Monialium de inferiori *Schönfeldt Auguſten.* Dioeceſ. dilectas devotas noſtras pii favoris plenitudine proſequentes, ipſis hanc gratiam duximus faciendam, quod ipſa feoda, quae tenentur a nobis & Imperio, ſeu quaecunque bona alia ſive per emptionem, vel ex Teſtamento, aut ex donatione, vel alio quocunque juſto modo ad eas, vel Monaſterium earum devenerint, usque ad valorem redituum triginta Marcarum argenti puri, de noſtro conſenſu regio, & benivola voluntate pacifice, & quiete perpetuo valeant libere poſſidere. In cuius rei teſtimonium praeſens ſcriptum exinde conſcribi, & majeſtatis noſtrae ſigillo fecimus communiri. Hujus autem rei teſtes ſunt *Sifridus* Archiepiſcopus *Colonien. Gotfridus* Epiſcopus *Patavienſ.* F. *Heinricus* Epiſcopus *Baſilien. Ludovicus* Palatinus Comes *Rheni*, Dux *Bavariae*, *Albertus* Dux *Saxoniae Fridericus* Burggravius de *Nürnberg*, *Ludovicus* Comes de Oettingen, *Fridericus* Comes de *Truhendingen*, *Eberhardus* Comes de *Cazenellenbogen*, *Johannes* Comes de *Sponheim.* Frater *Conradus* de *Vinchtban* praeceptor domus *Theutonicorum* per *Allemaniam*, *Krafto* de *Hohenlohe*, *Ulricus* de *Tuvers*, *Gotfridus* de *Hohenloh*, *Herdegeno* de *Grindelavv*, & alii quam plures, qui interfuerunt. Datum *Nürnberg*, *quarto Non. Aprilis*, Indict. XIII. Anno. Domini 1285. regni vero noſtri an. 12.

Num.

Num. XXXI. Confirmata donatio Eccleſiae S. Michaelis. An. 1285.

In Nomine Domini Amen. Nos BERCHTOLDUS dei gratia *Comes de Graiſpach* omnibus praeſentem paginam inſpecturis publice confitemur & conſtare volumus vniuerſis criſtri fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod BERCHTOLDUS quondam inclitus COMES DE GRAISPACH predilectus *auus noſter* venerabili in criſto domine abbatiſſe & conuentui Sanctimonialium de *Schonfeldt inferiori* ciſtercienſis ordinis Auguſtn. dioec. pro ſalute & remedio animarum ſuae & progenitorum ſuorum ſolemni donatione contulit Juspatronatus *eccliae montis ſancti Michaelis* auguſtn. dioeceſ. cum omni vtilitate & iuri quo ad ipſum & anteceſſores ſuuos (ſuos) pleno & integraliter pertinebat. Verum quia nos ſuper Jurepatronatus eccleſie memorate dominabus predictis de *Schonfeldt* quamdam mouimus queſtionem, ipſe preſate domine futuris obuiare periculis cupientes nos ea diligentia qua poterant induxerunt, vt Juri noſtro quod habere videbamur in dicta ecclia ſimpliciter cederemus, & nihilominus conceſſionem ſiue donationem antedicti domini noſtri ipſis dudum factam confirmare noſtris patentibus literis dignaremur. Nos igitur ad inſtantem petitionem domine ELISABETH dilecte noſtre coniugis prefatarum dominarum precibus animum inclinantes pro ſpeciali remedio noſtri ac prefate noſtre coniugis & progenitorum noſtrorum libera voluntate & pleno conſenſu dilecti filii noſtri BERCHTOLDI, Juspatronatus predicte ecclie *montis ſancti michaelis*, ſepedictis dominabus de *Schonfeldt* a memorato quondam *Auo noſtro* donatum & conceſſum ſimili modo pleno Jure donauimus & conceſſimus, & donationem & conceſſionem ſepedicti *Aui noſtri* ratam habemus & gratam,

rum decurſibus cultis & incultis, queſitis & inquirendis in veram & liberam proprietatem perpetualiter poſſidendam, Promittentes & preſentibus publice proteſtantes, quod ſi dicta inſula pro impetitione cuiuspiam in parte vel in toto fuerit impetita nos eam ſecundum Juris ordinem dicte eccleſie integraliter abſoluemus, Renuntiantes igitur ſimpliciter & preciſe omni (Juri) quod nobis in prehabita inſula competebat vel competere quomodolibet videbatur, & de emptione ſepefate inſule in quocunque iudicio ſeu loco ſicut iuſtum fuerit promittimus nos teneri Renunciamus ergo in preſcriptis omni Juris & legum auxilio canonici vel ciuilis beneficio reſtitutionis in integrū & exceptionum quod peccunia in noſtram vtilitatem eſt conuerſa pretextu alicuius conſtitutionis canonici vel ciuilis omnibus indulgentiis priuilegiis ſeu reſcriptis a ſede apoſtolica impetratis vel etiam impetrandis omni exceptione coherenti rei vel perſone, actioni defenſioni rei & legi per quod vel pro qua hec preſens noſtra venditio donatio renuntiatio inſtrumentum vel factum impediri veleat vel re inpugnari, Sane & memorie volumus commendari quod omnes agri, orti, prata per nos vel noſtros progenitores feodali ſiue alio quouis titulo vel ordinatione alienata ſiue ad molendina noſtra vineas vel piſcarias pertinerint, exceptis quindecim denariis *auguſtenſis* monete, & vna *metreta papauerum* ad eccleſiam in *Lechsgemund* pertinentibus, per recompenſationem legitimam de voluntate quocunque titulo occupantium ſunt abſoluta, & ſub preſcripta venditione, donatione, renuntiatione ſimiliter & appoſita conditione generaliter & integraliter comprehenſa, In omnium itaque ſupraſcriptorum perhennem memoriam & ratificationem pleniorem preſentes literas ſuper hiis confectas predicte Abbatiſſe & Conuentui dedimus ſigilli noſtri & ſigilli venerabilis domini REINBOTONIS

Eyſte-

Eyſtetenſis ecclefie epiſcopi, qui omnia ſupraſcripta per noſtri oris confeſſionem rite & rationabiliter acta nouit, munimine roboratas, Teſtes huius rei ſunt *Arnoldus* de *Straſs*, *Fridericus dapifer de grayſpach*, *Heinricus* dictus *Wielant* milites, *Arnoldus Junior de Straſs*, *Reinboto* de *Meilnhart*, *Eberhardus* de *Schweinlinſpeunt*, *Albertus* dictus *Stockälp* Ciuis *werdenſis*, Dominus *Trutwinus* abbas *ceſarienſis*, frater *Eberhardus*, *Vlricus Camerarius* dictus de *Gebenhouen*, Sacerdotes & Monachi de *Ceſaria*, frater *Libhardus* frater *Conradus* pellifex, frater *Conradus* Sutor, frater *albertus* piſtor, frater *Seifridus*, fr *Lenhardus*, frater *Conradus* dictus *miller*, frater *Conradus* de *Landſhut*, frater *waltherus* textor. pluresque alii fide digni. Data & acta ſunt hec Anno domini Milleſimo Duценteſimo octageſimo ſexto *ydus decembris* Inditione Nona ſuper Litus Danubii iuxta villam *Lechſgemunde*.

Num. XXXIV. Confirmatio ceſſae decimae in Bobenhauſen. An. 1288.

SIFRIDUS dei gratia *Auguſtane* ecclefie Epiſcopus Rectori ecclefie in *Bobenhauſen* & vero plebano ibidem Salutem in domino. Cum pie memorie *Vdalricus Marſchalcus de ſchilperg conſanguineus noſter* predilectus pro anime ſue & progenitorum ſuorum remedio Decimam in *Bobenhauſen*, quam ab eccleſia noſtra *Auguſtana* in feudo tenebat, dilectis in criſto Abbatiſſe & Conuentui in *inferiori ſchonfeldt* ordinis Ciſtercienſis donauerit pleno iure & felicis recordationis dominus HARTMANUS predeceſſor noſter proprietatem eiusdem decime predictis Abbatiſſe & Conuentui dederit perpetuum poſſidendam, Noveritis quod nos eandem donationem pie in domino factam firmam

firmam & ſtabilem volumus permanere, Nolentes prefatas Abbatiſſam & Conuentum eius in predicta decima per vos aut ſucceſſores veſtros vlterius pregrauari In cuius euidens teſtimonium preſentes damus ſigilli noſtri munimine roboratas Datum *Auguſte* Milleſimo Ducenteſimo octageſimo octauo. *XIIII Kalendas aprilis.*

Num. XXXV. Venditio Curiae in Hauſen. An. 1288.

In nomine domini amen Ego *Berchtoldus* dictus *de waldw* Notum fieri cupio tenore preſentium vniuerſis criſti fidelibus preſentibus & futuris, Quod ego ſane mentis deliberatione prehabita, coadunata manu *Adelhaidis* dilecte mee coniugis Venerabilibus & dilectis domine *gertrudi* abbatiſſe & Conuentui ſanctimonialium in *ſchonfeldt inferiori* Ciſtercienſis ordinis *Auguſtane* dioceſis Curiam quandam ſitam In *huſen* michi iuſto titulo proprietatis attinentem quam ad preſens *Dietmarus* incolit pro viginti ſex libris *denariorum monacenſium*, quos me recepiſſe confiteor rite & rationabiliter vendidi atque vendo proprietatis titulo cum vniuerſis iuribus ſuis & pertinenciis quocumque nomine cenſeantur perpetualiter poſſidendam, Renuncians tam pro me quam pro noſtris heredibus vniuerſis, omni proprietati poſſeſſioni ac dominio quod michi vel quibuſcumque meis heredibus competebat in predicta curia ſuiſque pertinencijs quibuſcumque Et in huius rei teſtimonium euidens preſentem literam duxi ſigilli mei munimine roborandam, Teſtes huius rei ſunt Dominus *arnoldus miles de Straſſe*, dominus *Heinricus plebanus de Tullingen*, *Rudolffus iudex de Rain*, *H.* dictus *Riettinger*, *Albertus* dictus *Tegerbeckh*, frater *Chunradus* magiſter clauſtri in *Schonfeldt* conuerſus, frater *Chunradus* ſutor frater

frater iunior pellifex conuerſi ibidem & alii plures Datum Anno domini Milleſimo ducenteſimo Octageſimo octauo In die ſancti *Michaelis.*

Num. XXXVI. Sententia Judicii eccleſiaſtici puncto Spolii. An. 1289.

Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo Octageſimo Nono *vndecimo Kalendas decembris.* Nos Judices curie *auguſtane* in cauſſa quam abbatiſſa & Conuentus in *ſchonfeld* inferiori mouerunt vniuerſitati hominum ſeu ruſticorum in *Thierhaubtn* ſuper ſpolio cuiusdam prati ſiti infra *Thierhaubtn* & *Rechlingen* iuxta *licum* quod dicitur *Grieſs*, iudicio preſidentes, qui receptis teſtibus ex parte ipſorum abbatiſſe & Conuentus productis inuenimus poſſeſſionem & actionem eiusdem prati ſufficienter eſſe probatam habito virorum prudentum conſilio in ordine iuris in omnibus obſeruato ipſam uniuerſitatem ad reſtitutionem allatorum ab eodem prato quod eſtimant ad ſex Carredas feni, & in quatuor libris denariorum pro expenſis ſecundum taxationem & iuramento prehabitis abbatiſſe & conuentui predictis per diffinitiuam ſententiam condemnamus, Salua tamen vtrique parti queſtione legitima proprietatis In nomine Patris & filii & ſpiritus ſancti.

Num. XXXVII. Aſſecuratio Evictionis. An. 1290.

Wir GEBHART von gottes genaden *graue von HIRSPERCK* thun allen khunt die den brieff anſehen mit vnſer gunſt vnd mit vnſerm willen *Hainrichen von Tallmeſſingen* vnd *Sophia* ſeiner Hauſſraw, den hoff datz *Aurpach* den erbern vnd den geiſtlichen frawen datz *Niderſchonfeld* mit geſammt handt

hat verkaufft vm — — pfunt haller, mit ſolcher beſchaidenhait: ob man das Gut mit recht anſprachet in Zehen jaren und in ainem tag, das der vorgenant *Hainrich* vnd ſein Hauſfraw ſollen der vorgenantten frawen das gut zw ledigen vor allem Krieg vnd an Schaden, vnd hat In darumb ander ſein gut das er zw *Sinteshaim* hat. Zw einer Stattung gegeben fur ein recht eygen, beſetzen vnd entſetzen vmb ſo uill gult als das gut tragen ſolt, all dieweyll ob ſich das fuegt das kein krieg gewellet vmb das vorgenant gut datz *Aurpach*, daruber ob ſich auch fuegt, das got nit welle, das *Hainrichs* hauſſraw von *Talmeſſingen* verfure on erben, ſo ſoll *Rudiger* von *Geboltſhoff* vnd ſein hausfraw alles das recht laiſten, das an den vorgenanten *Hainrich* gedinget ward, an dem gut zu *Sintesheim*, das ſy dem angeuellet, Darvmbe das dinck gantz vnd ſtet beleiben. So verſicher wir den brieff mit vnſerm Inſigel, vnd mit des edlen Mannes Inſigel vnſers lieben *Ohams Graue Berchtoldes von Graiſpach*. der ding iſt gezeug her *Rudiger* der Dechant von *Tollenſtein*. *Hartwich der Schenuck von Hofſtetten*. *Wolfgang von pfolspeunt*. *Ludwig von Tollenſtein*. *cuntzler von Tollenſtein*. *gebhart von Wettenshaim* &c.

Num. XXXVIII. Transactio circa Prata & paſcua. An. 1290.

Nos *Vlricus* permiſſione diuina Abbas in *Thierhaubten* totusque Conuentus ibidem tenore preſentium profitemur publice proteſtantes Quod propter bonum pacis & concordie quibus ſine noſtro & monaſterii noſtri diſpendio ſemper intendimus ut tenemur, queſtionem ſeu diſcordiam, que inter nos & homines noſtros in *Thierhaubten* ex vna, & venerabilem dominam

Ab-

Abbatiſſam inferioris *Schonfelt* ordinis Ciſtercienſis & homines ſuos in *Werden* ex parte altera vertebatur ſuper quibusdam pratis atque paſcuis in diſcretos viros videlicet *Vlricum* dictum *Straubinger* de *Lennenbach*, & *Vlricum* dictum *gebawr* Ciuem in *Rain* tanquam in arbitros compromiſimus, accedente nihilominus ipſius domine Abbatiſſe ſui Collegii vnanimi voto & conſenſu permittentes nos ratum & gratum habituros quitquid ijdem inter nos & praedictam Abbatiſſam & homines ſuos in *Werden* ſuper memoratis pratis atque paſcuis fuerint arbitrati Quin habito maturo conſilio cooperantibus ſibi in eis diſcretis ſcilicet *Rudolpho* quondam Judice in *Rain* & *Burckhardo* quondam prepoſito in *Oberndorff* qui etiam ex parte ſepeſate domine abbatiſſe & hominum ſuorum vna tanquam arbitri fuerant deputati ad habendam plenitudinem poteſtatis decidendi rancorem ſepeſatum, taliter ſunt arbitrati, quod homines ex monaſterio noſtro *Thierhaubtenſi* dimidietatem ſepeſatorum pratorum ſeu paſcuorum, & homines prelibate domine abbatiſſe de *Werden* reſiduam partem dimidiam tenebunt & pro ſuis vſibus colligent deinceps perpetuo pacifice poſſidendam. Huius rei teſtes ſunt *Vlricus* & *Berchtoldus* ſacerdotes monaſterii noſtri, frater *Conradus* & frater *Vlricus* de *Schonfelt* *Vlricus Brenlinger* de *pinnenbach* *Vlricus* dictus *gepawr* de *Rain* *Rudolffus* quondam iudex ibidem & *Bercholdus* prefectus quondam in *oberndorff*, & alij quam plures fide digni, vt autem hec omnia per nos & noſtros ſucceſſores & prelibatam dominam abbatiſſam & ſuum Collegium rata permaneant atque firma preſentes noſtri & ſui ſigillorum muniminem dedimus roborandas Datum & actum in *Rain* anno domini Milleſimo Ducenteſimo nonageſimo *Decimo ſeptimo Kalendas Julij.*

Num. XXXIX. Donatio proprietatis intuitu factae permutationis. An. 1291.

Nos LUDOUICUS dei gratia *Comes palatinus Rein*, *dux Bauarie*, notum facimus preſentium inſpectoribus vniuerſis, quod noſtra venerabilis Abbatiſſa & Conuentus ſanctimonialium Monaſterii in *Nidernſchonfelt* Ciſtercienſis ordinis *auguſtane* dioceſis Curiam vnam in *Müelkeim* cum pertinentiis ſuis, que ipſis proprietatis titulo attinebat, cum *Grunoldo domino de Riede* pro curia in *holtzam*, quam a nobis tenuit iure feudi, permutauerint ac pleno iure dominij tranſtulerint in eundem, & poſtmodum prefatus *Grunoldus* eandem curiam ſuam in *Muelhaim* cum pertinentiis ſuis *Engelmaro magiſtro Coquine vxoris noſtre Kariſſime* dederit, vendiderit certo pretio & tradidit recepta ab eodem *Engelmaro proprietate curie in Reſpach*, que ſibi attinebat iure proprietatis, ſibique eandem curiam pro ſe & liberis ſuis quos habet vel habuerit, collata in feudum ſepe dicte Abbatiſſe & conuentui ipſius monaſterij in *Nidernſchonfelt* dedimus & damus, tradidimus & tradimus proprietatem Curie memorate in *holtzhaim* & ex cauſa permutationis pro proprietate curie prelibate in *Roſpach* tranſtulimus & tranſferimus in eaſdem per ipſam abbatiſſam & Conuentum qui nunc ſunt vel qui pro tempore fuerint iure proprietatis perpetuo poſſidendam, In cuius rei teſtimonium preſentes damus Sigilli noſtri robore coñunitas Datum *Monaci* Anno domini Milleſimo Ducenteſimo Nonageſimo primo. *Duodecimo Kalendas marcij.*

Num. XL. Conceſſio decimae pro annuo cenſu. An. 1291.

WOLFFHARDUS dei gratia eccleſie *auguſtane* Epiſcopus vniuerſis preſentium inſpectoribus gratiam in domino chari-

charitatem . ad habendam geſtorum memoriam expedit ea ſcripture ſubſidiis adiuuari. Cuius rei cauſa nouerit diſcretio ſingulorum, quod vir honoratus *Engelmarus* de *meſſenhauſen* Decimam ſitam in *Tulgen* ex curia quam dictus *Huebmair* colit noſtris manibus libere reſignauit Et nos ipſam decimam Honorabilibus ac dilectis in criſto Abbatiſſe totique Conuentui in Inferiori *Schonfeldt* contulimus tenendam & perpetuo poſſidendam Ita tamen quod nobis ad cameram noſtram in ſignum proprietatis nobis pertinentis mediam libram Cere ponderis minoris annis ſingulis tribuere non obmittant, In cuius euidens teſtimonium & debitam firmitatem preſentes dedimus ſigilli noſtri munimine roboratas Datum *Auguſte* Anno domini Milleſimo, Ducenteſimo Nonageſimo primo . *pridie ydus Maij.*

Num. XLI. Adpropriatio decimarum. An. 1292.

WOLFHARDUS dei gratia Eccleſie *auguſtane* Epiſcopus Vniuerſis preſentium inſpectoribus Salutem in ieſu Criſto, Cum honorabiles, ac Dilecte in Criſto abbatiſſa & Conuentus monaſterii in *Schonfelt* inferiori Ciſtercienſis ordinis *Decimam* ſitam in *Tulgen*, que de Sexaginta & quinque Jugeribus agrorum in eadem villa per tres campos ibidem ſoluitur, ab *Vlrico* dicto *Clete* & *Hainrico* dicto *Remper* de *Rain* comparaſſent pro certa peccunie quantitate, de conſenſu & voluntate *Engelmairi* de *Meſſenhauſen*, a quo *Vl. Clette*, & *Hen Remper* predicti decimam eandem in feodo tenuerunt, & Idem *Engelmarus* prefatam decimam a nobis & eccleſia noſtra *Auguſtana* ſimiliter in feudo tenuit & poſſedit, renuntiatis a predictis perſonis omnibus Juribus feodalibus, quod eiſdem in predicta decima qualitercunque pertinebat, Notum eſse volumus vniuerſis preſentium

tium inſpectoribus, quod nos volentes facere gratiam ſpecialem abbatiſſe & Conuentui ſupradicto prefatam decimam eiusdem donamus tradimus & aſſignamus tenendam fruendam & perpetuo poſſidendam In cuius donationis euidens teſtimonium & perpetuam firmitatem preſentes exinde confectas ſigillo noſtro dedimus communitas Teſtes ſunt *) quondam aduocatus, *Heinricus* frater eiusdem *Vlricus* dictus *Ruſticus Rudolffus* frater eiusdem *Rudolffus* diſpenſator, *Conradus* Dotarius ciues in *Rain*, frater *Conradus* frater *Henricus* dictus *Ruſticus* frater *Rudigerus* calceator. frater *Vlricus* Cellarius & alii quam plures fide digni Datum *Auguſte* Anno domini Milleſimo, ducenteſimo, Nonageſimo ſecundo *pridie ydus Julij.*

Num. XLII. Renuntiato omnimoda praetenſionum. An. 1294.

Honorabilibus in criſto ac Religioſiſſimis dominabus Abbatiſſe & Conuentui ciſtercienſis ordinis Monaſterii in *ſchonfeldt*. *N.* dictus de *Schonfelt* Canonicus *heſſeriedenſis* orationes ſiquas valet cum ſincera in domino caritate, licet remittens iura ad actiones ſuas regredi non valet, niſi ex noua cauſa ſeu titulo ad eaſdem, Nos tamen volentes occurrere vexationi ac Impetitioni, que frequenter accidit canoſa iura ad cautelam vt intellexi meum conſenſum expetitis, ſuper contractu inito cum fratre meo Domino *Berchtoldo canonico eccleſiae Eyſtetenſis* in bonis ſcilicet curia villicali & huba in *Huſen* & alia curia villicali in *perckham*, quibus licet iam dudum ceſſerim in preſentia plurium & proborum, Ex habundantiori tamen & iterato iuri quod ex ſucceſſione ſeu quocunque titulo mihi in prefatis bonis competebat, his ſcriptis cedo, renuncio, reſigno & in vos tranſ-

fero

*) *Nomen Teſtis omiſſum eſt in apographo.*

fero per preſentes, In cuius rei teſtimonium preſentes vobis deſtino cum appoſitione mei ſigilli ad indicium & vigorem, Acta ſunt hec in preſentia *O. Swe*, *hermani* & *C. obiaui canonicorum* eccleſie *eyſtetenſis* & *C.* de *Arberch* & *h aſpunarii* canonicorum eccleſiarum *Eyſtetenſis* & *heſſeriedenſis* & plurium aliorum, Anno domini Milleſimo Ducenteſimo Nonageſimo quarto in die *primi & feliciani* apud eccleſiam *Eyſtetenſem*.

Num. XLIII. Mutatio feudi in allodium. An. 1294.

Nos LUDOUICUS dei gratia Comes palatinus *Reni* dux *Bauarie* notum facimus preſentium inſpectoribus vniuerſis, Quod cum *Rudolffus* de *Rain* quondam aduocatus noſter *Sibenburg* Duodecim Jugera agrorum & quatuor tagwerk feni ſita in *Tulgen* que a nobis in feodum tenet vendiderit & tradiderit domine abbatiſſe totique Conuentui ſanctimonialium in *Schonfeldt*, nos eidem domine abbatiſſe & conuentui proprietatem eorundem agrorum & feni ſiue pratorum ob ſalutem anime noſtre & progenitorum noſtrorum ſub perpetua poſſeſſione tradimus & donamus & pleno iure dominij tranſferimus in ſanctimoniales Cenobij antedicti dantes eis preſentes literas noſtro ſigillo munitas in teſtimonium ſuper eo, Datum *monacj* Anno domini Milleſimo Ducenteſimo Nonageſimo Quarto, *Kalendas Auguſti*.

Num. XLIV. Fragmentum Transactionis. An. 1294.

Ich *Berchtolt von Kunentall* thun khundt die diſenn brieff leſent oder horen leſen, Das ſich *Schönfelder* mit dem *Grillen* verRicht haben vmb den Krieg den ſy hetten vmb die wiſen bey der *wier* datz *hemhart*. Nur es ſey dann das ſy des gutt beha-

behaben von dem die ſelb wiſs genomen iſt, dennocht ſollen ſy es an diſe vier mann laſſn wie es die ſchaiden vnd verRichtn, alſo ſollen ſy es ſtet haben, das iſt *Hainrich von Elgen* vnd *vlrich von Elligen* vnd *wernher* von *Elligen* vnd *Chunrat der brobſt*. Vnd des ſind dieſelben vier mann mit mir gezewg das warn von der Menſchait vnnſers herrn Tauſent Jar vnd zwayhundert vnd vier vnd newtzig Jar an Sandt *Lucie* abennt.

Num. XLV. Conceſſio feudi cuiusdam. An. 1295.

In nomine dñi Amen Nos *Berchtoldus* dei gratia *Comes de Graiſpach* per preſentes vniuerſis cupimus eſſe notum, Quod cum *Marquardus Judex in Burckham*, molendinum conſtructum ſuper flumen dictum *Ache* & ſitum in villa iam dicta iuxta viam per quam ibidem in *bauariam* fit meatus, quod inhabitat & tenet *Hainricus* Molendinator dictus *hoſantritter*, Et quod idem Judex a nobis in feudo tenuerit & noſcitur titulo feudi poſſediſſe, nobis ratione *Honorabilis* viri *Heinrici de Laungingen* deinde dicti vulgariter in dem Marckte, cuius *werdenſis* reſignaſſet & in manibus noſtris renunciaſſet omni iuri quod ſibi & heredibus ſuis in dicto Molendino conpetebat vel conpetere videbatur, Nos attendentes huiusmodi, & legalitates nobis per ipſum ciuem multimodis demonſtratas, contulimus idem molendinum cum pertinentiis & omni iure ſuo Jam dicto ciui & ſuis heredibus nomine feudi perpetualiter poſſidendum concedendum nichilominus ut dña *Agnes uxor* eiuſdem poſt obitum mariti ſui iam dicti ſuper eodem Molendino & in ipſo molendino *viginti libras denariorum Ingolſtat̃n* monete reſpiciat ſibi a quocumque vel quibuſcunque ſuccedente uel ſuccedentibus in Jus ſeu in feudationem ſepedicti molendini integraliter dandas & etiam perſol-

perſoluendas, In cuius rei teſtimonium preſentes ſibi dedimus ſigilli noſtri robore comunitas, Teſtes ſunt *Reinboto de Milenhart*, *fridericus de Gundolcham milites*, *wilhelmus* & *vlricus* de *Trugenhouen*. *Eberhardus de Schweinſpaint*. *Ermche* de *horburg*, *Cunradus* dictus *Knolle* & *Hainricus de horbach*, Item de *werdea Reinwardus* Minſter *Hainricus Ebnar Cunradus* dictus *votter* Junior *Chunradus fridericus* & *Hartmanus* dicti *hochſteterij* & alii fide digni, Acta ſunt hec Anno dni Milleſimo Ducenteſimo Nonageſimo quinto. *Sedecimo Kalendas Julij*;

Num. XLVI. Venditio aquae fluentis Herſe. An. 1297.

In Nomine Domini Amen. *Heinricus Marſchalckus de Dourſperg* Notum facio vniuerſis tam preſentibus quam futuris ad quos peruenerit preſens ſcriptum. Quod ego coadunata manu, conſenſu & voluntate dilecte vxoris mee Domine *Gertrudis* mera venditione & iuſto venditionis titulo tradidi & donaui Venerabilibus videlicet Dne *Gertrudi* abbatiſſe & conuentui in *inferiori Schonſelt* Ciſtercien. ordinis auguſtn. dioeceſis aquam meam fluentem dictam *Herſe* in *Khunigſbrunen* mihi proprietatis titulo attinentem, pro ſex libris & dimidia *Nonorum auguſt'n.* quos ab ipſis me confiteor integraliter recepiſſe, in vſus proprios conuertiſſe, ita vt dictam aquam pacifice & quiete perpetuo poſſideant, ſicut ego & progenitores mei hanc hactenus libere poſſederunt, obligans me preſentibus & promittens vna cum dilectis patre dño meo *Seyfrido Marſchalcko de oberndorff* & *Seifrido* & *Berchtoldo Dapiferis de Khullontall*, quod ſi praedicta aqua infra decennium & amplius ſecundum *Jus Bauaricum* a quocunque impetita fuerit, vel euicta, quod

eam dicto Conuentui in *Schonfelt* ſine damno quouis omnes abſoluere teneamur. In cuius rei teſtimonium preſentes eis dedi mei & dilecti patris mei dñi *Seifridi marſchalcki de oberndorff* nec non *Berchtoldi* & *Seifridi Dapiferorum de Khullntall* ſigillorum munimine roboratas. Huius rei teſtes ſunt Dñs *Heinricus abbas de Ceſarea* dñs *Heinricus* de *Bernaw* frater *Rudolffus de Kalentin* monachi & Sacerdotes eiusdem Abbatis Dñs *Seyfridus Marſchalckus de oberndorff*, dñs *Chonradus dictus Guſſe* miles, dñs *Berchtoldus* & dñs *Seyfridus* de *Khullntall* militares *Vlricus* dictus de *gebawr* ciuis in *Rain* & alii quam plures. Datum *Donrſperg* Anno dñi Milleſimo Ducenteſimo Nonageſimo ſeptimo.

Num. XLVII. Teſtimonium pro facta emtione & Venditorum renuntiatione. An. 1298.

In nomine domini Amen Ich *Marſchalck Seifrid* von *Oberndorff* thun khundt allen den die diſenn brieff leſennt horent oder ſehent, Das ich gezewg bin vnd da gegenwirttig geweſen bin, vnd es geſehen vnd gehort han, das der *Rudolff* der alt Richter von *Rain* geben hat zw kauffen dem Cloſter ze dem *Nidernſchonfelt* ſeinen hoff datz *Tullgen* vnd alles das dartzu gehert beſuchten vnd vnbeſuchten fur ein Rechts aigen, vnd do darnach uber zehen Jar vnd mer da was ich aber gegenwirttig vnd ſahe vnd hort des, das ſich alle ſeine Kind verzigenn das ſy nymer mer kain Anſprach darnach ſollten gehaben, vnnd das iſt mit mir Gezewg mein Sone *Seyfrid der Chorher* von *Augſpurg* vnd her *Hainrich* der *Lutzelenburger* vnd *Hainrich* von *Elgen Vlrich* von *Elgen*, *Wernher* der *Brobſt* vnd der *Laung* von *werd* vnd her *Vlrich* der *gepawr* von *Rain* vnd *Chunrat*

der

der *Erlbach*, *wernher* der *Clette* vnd *Vlrich* der *Schole* vnd *Vlrich* ſein Sun vnd *wernher* von *prugklachen* vnd *Conradt* von *prugklachen* vnd dennoch meinige ander den man billich gelauben ſoll, vnd das des alſo ſtet vnd vnuergeſſen beleibe, So han ich ze ainem vrkhund mein Inſigel an diſen brieff geleit Vnd des geſchah da von der menſchait vnnſers lieben herrn waren Tauſent vnd zwayhundert vnd In dem acht vnd Newntzigiſten Jar an *vnnſer frawn tag als ſy geborn ward.*

Num. XLVIII. Litterae Venditionis. An. 1298.

Arnulphus *) iste primo Caſtrum Scheyrn conſtruxit, ibidem & Comitatum ordinavit.

Martinopolis, vulgo Mersburg in Saxonia.

Arnulphus Imperator **) duxit uxorem Agnetem filiam Regis græciæ ***), ex qua genuit duos filios Arnoldum, & Bernherum, hi duo fratres duas ſorores Agnetem, & Beatricem, filias Regis Ungariæ baptizatas in caſtro Scheyrn acceperunt uxores, diviseruntque ſua, Arnoldus accepit ducatum Noricorum, Bernherus comitatum in Scheyrn, & comitatum Palatini Rheni. Hic est ille Arnoldus, super cujus denotationem S. Udalrico Auguſtensi Episcopo oſtensus est gladius ſine capulo; qui Rex fieri fruſtra cupiens, invasor regni exſtitit, & Eccleſias, monaſteriaque deſtruens, res earum diſtribuit in beneficia Laicorum; & dum ipse Arnoldus a S. Pontifice admoneretur, nec ipse curaret, tandem certum tempus, in quo pænitentiam ageret, quod sibi a Deo impetravit, præfixit; dum autem ultima die nihil infirmitatis in ſe ſentiret, pro nihilo duxit verba Pontificis, ſicque fit, ut ipsa die in Monaſterio S. Emerami Ratisbonæ exiſtens subito coram ſuis a diabolo eſt interemptus; dum autem primum extra ecclesiam eſset tumulatus, efoſsus in præ-

*) Non iſte, ſed Noricus. **) Leopoldus *Dux*. ***) Erroneum.

præſata Eccleſia S. Emerami eſt ſepultus, diabolus autem non ferens ejus Eccleſiaſticam ſepulturam ejulato magno juſsit ſibi dari corpus, cujus animam possideret; ſicque ipsum e Sepulchro (quod hodie in præfato monaſterio monſtratur) ablatum in lacum prope Scheyrn projecit. *)

Bernherus **) Comes de Scheyrn frater Arnoldi Ducis genuit Ottonem, & Ekhardum, qui ſua diviserunt, Otto accepit comitatum Palatini Rheni, & conſtruxit Caſtrum Wittelspach; Ekhardus vero mansit in Scheyrn.

Ekhardus in Scheyrn genuit tres filios Arnoldum, Ottonem, & Conradum, qui ſimiliter diviſerunt, Arnoldus poſſedit Dachau, Conradus Valay, Otto manſit in Scheyrn. Ex his tot deſcenderunt comites, & Domini, quod in quadam curia Thuringiæ convocata XXXIV intereſſent Torneamento.

Propter multitudinem partium comitum de Scheyrn ſe Scribentium, ſed ibi non reſidentium, ædificia caſtri ruinam minabantur; tandem ſurrexit ex eis Vir magnaminus, & potens, nomine Otto, qui ſingulorum, qui aliquid juris in eodem caſtro habere videbantur, accedente conſenſu in S. Mariæ Monaſterium conſtruxit, ſecus Dux Arnoldus, qui dedit partem ſuam diabolo, & projiciens chirotecam in aera in ſignum donationis, & chiroteca nusquam ultra comparuit. ***)

Epitaphium Arnoldi:
Vivens pollebam, faciens, quæcumque volebam,
En nihilor ſub humo! Sic erit omnis homo.

Arnul-

*) Vulgi fabula. **) Hoc falſum. ***) Iterum fabula.

Arnolpho Imperatore Ludovicus filius ejus in loco, qui Vorchaym dicitur, Rex creatur.

Eo tempore Albertus nobiliſſimus Francorum comes, Ottonis Saxonum Ducis ex filia nepos, Conradum (qui a quibusdam Ludovici Regis frater fuiſſe creditur) occidit; ob id Rex prædictum comitem in caſtro Babenperg (ubi nunc nobiliſſimus Epiſcopatus fundatus cernitur) bello petiit; cumque viribus ſe non poſſe proficere cerneret, Hatonis Moguntiui Archiepiſcopi conſilio ſe contulit; itaque Hato Albertum in caſtro ſuo Babenperg adiit, cumque quaſi pietatis obtentu de gratia Regis adipiſcenda conſenſerit, ille devotis monitis obtemperans humiliter conductum de propriæ perſonæ incolumitate petiit, ac interpoſita Epiſcopi fide iter arripuit, cumque caſtrum exierant, & jam primo vico (quod Tennſtat adhuc dicitur) appropinquabant, Epiſcopus, grave, inquit, nobis erit jejunium ſuſtinere, ſi placet, antequam Regi præſentemur, ad prandium divertamus, cum ille ſimplices aures more antiquorum habens, dolumque minime præſentiens, gratanter eum ad prandendum in caſtro, vnde digreſſi fuerant, reduxit. At poſtquam refecti ſunt, ad curiam veniunt, in eadem Princeps ponitur, & tanquam reus majeſtatis capite plectendus adjudicatur; monet ille Epiſcopum de fide data, reſpondet Epiſcopus fidem ſervaſſe, eo quod ſanum, & incolumem in caſtrum eum reduxerat. Sicque præfatus Albertus capite plectitur, poſſeſſionesque ejus (e quibus poſtmodum Babenbergenſis Eccleſia locupletata dicitur) in fiscum redactæ ſunt. Ex huius Alberti Sanquine Albertus (qui poſtmodum Marchiam Orientalem, & Auſtriam, ſeu pannoniam ſuperiorem ab Ungaris ereptam Romano imperio adjecit) ſanquinem duxiſſe traditur.

Ludovicus Orientalis Franciæ Rex ſine hærede deceſſit, ac in ipſo fratreque ſuo Carolorum genealogia defecit, cum non juvaret Eccleſiam more Majorum contra Longobardos. Et tunc diviſum eſt imperium quia aliqui imperaverunt in Italia, ſcilicet quatuor Berengarij, aliqui in Alemania, ſcilicet Henricus, Conradus usque ad Ottonem primum, qui utrobique imperavit.

Defuncto Ludovico Otto Saxonum Dux ab omnibus petitur, ipſe vero tanquam ſenio gravatus Rex fieri recuſavit.

Poſt Ludovicum Conradus Conradi (quem Albertus occiderat) filius omnium conſenſu orientalis franciæ Rex creatur, deinde Henricus. Ex hinc quidam poſt Francorum regnum ſupputant teutonicorum, unde filium ejus Ottonem in decretis pontificum, Leonem Papam ſanctiſſimum Regum teutonicorum vocaſse dicitur. Mihi autem videtur Regnum Teutonicorum partem eſſe Regni Francorum; nam tempore Caroli magni Regni Francorum terminus fuit tota gallia, omnisque Germania usque ad Illiricum. dein diviſo regno inter filiorum filios, aliud Orientale, aliud occidentale, utrumque tamen Francorum dicebatur regnum. In Orientali ergo (quod teutonicorum dicitur) deficiente Caroli ſtirpe, primus (manente adhuc in occidentali Francia ex ſucceſſoribus Caroli Carolo) ex gente ſaxonum ſucceſſit Henricus, cujus filius Otto, quum imperium a Longobardis uſurpatum reduxit ad Teutonicos Orientales Francos, forſan dictus eſt primus Rex Teutonicorum, non, quod primus apud Teutonicos regnaverit, ſed quod primus poſt eos, qui a Carolo Caroli dicti ſunt, ex alio, ſcilicet ſaxonum ſanquine natus, imperium ad Teutonicos Francos revocaverit. Quæ varietas humanarum rerum defectum prodens ab initio mundi usque

que in præſentem diem alternatur. Sic in regno Ægyptiorum Pharaonibus Succeſſere Ptolomæi, in Romano quoque poſt ſamilias Cæſaris multas, & aſſiduas Regum ſucceſſiones miſerabiliter mutatas curioſus indagator inveniet, vixque alicujus ſemen diu ſtetiſſe in gloria ſua reperies, excepto David, cui promiſſus eſt Xtus.

Otto Dux Saxoniæ genuit Henricum, dictum humilem Regem Romanorum, & Babam ſororem ejus, a qua & mons Babenberg nominatur; qui Henricus habuit uxorem, nomine Mathildem, ſanctæ converſationis fœminam, ex qua genuit Ottonem magnum, & Henricum Ducem Bavariæ, Otto magnus genuit Ottonem ſecundnm, & Otto ſecundus genuit Ottonem tertium, omnes Imperatores.

Poſt Conradum Henricus filius Ottonis, Ducis ſaxonnm in Orientali Francia regnavit, occidentalem Carolo tenente.

Poſt hoc Henricus Ungaros more ſuo erumpere volentes in Saxonia incredibili cæde ſtravit, titulumque Victoriæ in Palatio Mersburk (quod & Martinopolis dicitur) pingi fecit; lanceam quoque ſacram, quam Reges noſtri hactenus habent, a Rudolpho Lugdunenſis Galliæ, ſeu Burgundiorum Rege minis extorſit.

Henricus filius Ottonis fuit Dux Saxoniæ, Noriciæ, Bavariæ, Auſtriæ, Styriæ, & Carinthiæ, unde cum Principes ipſum elegiſſent in Imperatorem venientes reperiunt ipſum aviculas cum retibus capientem, quapropter vocatus fuit auceps; qui oblatum ſibi imperium renuit acceptare dicens; ſufficiunt mihi

ampla bona mea; & dum quaſi coactus aſſentiret, juravit, quod corona imperialis nunquam ſuo capiti ſuperponatur.

Henricus Dux Bavariæ genuit Henricum, dictum Hezilinem, qui ad S. Emmeramum Ratisbonæ eſt tumulatus. Hic Hezilinus dictus eſt etiam Pius, quia & genuit S. Henricum Imperatorem in Babenperg ſepultum.

Anno domini DCCCCLV. Tempore Ottonis Primi Ungarorum gens ſæviſſima cum innumera multitudine erupit, ac totam terram Bavarorum more locuſtarum operiens ad licum usque contra urbem Auguſtenſem (cui tunc Venerabilis, ac Deodignus ſacerdos Udalricus præſidebat) advenit; quibus prædictus Rex hortatu Epiſcopi occurrit, tantaque virtute prædictos Barbaros ſtravit, ut exin gens omnium immaniſſima non ſolum regnum noſtrum invadere non auderet, ſed & ſuum deſperatione correpta vallibus, & ſudibus in locis paluſtribus contra nos munire cogitaret; & ſic Virtus Ungarorum quasi tota exſtinquitur, tres Principes ipſorum Ratisbonæ in Patibulo ſuspenduntur, & toti Bavariæ pax a Domino redonatur, hujus maximæ concuſsionis auctor fuiſse ex Bavaria quidam Scheyrensis Comes aſseritur, qui tamen perfidiæ ſuæ pœnas ſolvens, dum Ungaros incaute eductos morti exposuiſset, ab eis tanquam proditor necatus eſt; porro terra ipsius in fiscum redacta, partim a Rege inter Eccleſias divisa, partim hæredibus ejus cum caſtro Schyrensi relicta, æterno anathemati ab ipsis addicta fuiſse traditur.

Tempore Ottonis ſecundi Dux quidam nomine Erneſtus a Meotidis paludibus propter pericula aquarum diſcedens, ab ipso

ipso Ottone partem ſylvæ Noricorum, ubi nunc eſt fundatum Monaſterium Caſtellense, recepit, ubi eradicatis arboribus terram habitabilem fecit; a quo quidem Erneſto notabiles Comites in terra Noricorum deſcenderunt, ſcilicet comites dicti de Caſtel, & Sulzbach. Eo tempore floruit S. Wolfgangus.

Ottonis tertij Imperatoris uxor cuidam comiti de Scheyrn ſe proſtituere voluit, ſed cum ille noluiſſet tantum facinus perpetrare, illa indignata comitem apud imperatorem adeo infamavit, ut eum imperator ſine audientia decollari præcepit; qui antequam decollaretur, rogavit uxorem ſuam, ut judicio candentis ferri poſt mortem ejus comprobaret innocentiam; advenit dies, in qua Cæsar pupillis, & Viduis ſe aſserit ſatisfacturum; adeſt & Vidua mariti caput ſecum in ulnis portans.

Tunc quæsivit ab imperatore, quia dignus morte eſset, qui iniuſte aliquem occidiſset? qui cum privatione capitis eum dignum aſsereret, illa intulit dicens: Tu es ille, qui maritum meum ad Suggeſtionem uxoris tuæ innocenter occidi mandaſti, & ut verum me dicere comprobes, hic candentis ferri judicio comprobabo; id Cæsar videns obſtupuit, & in manus Fæminæ ſe puniendum dedit; interventu tamen Pontificum, & Procerum inducias decem dierum, dein octo, tertio ſeptem, quarto ſex a vidua accepit. Tunc Cæsar causa examinata, & Veritate cognita uxorem vivam concremavit, & ob redemptionem ſui quatuor caſtra viduæ dedit.

Poſt Ottonem Tertium inſtituti ſunt Electores imperij, ita, ut per electionem, & non Succeſſionem imperij gubernatores eligantur præsertim per imperij Officiales, qui sunt Moquntinensis

nenſis per Germaniam, Trevirenſis per Italiam, & Colonienſis per Galliam, & regnum Arelatenſe Archicancellarij Romani imperij; Comes Palatinus Rheni Archidapifer, Dux Saxonia Archimareſchallus, Marchio Brandeburgenſis Archi-Cammerarius, & Rex Bohemiæ Archipincerna; quod autem de Rege Bohemiæ hic dicitur, per quandam anticipationem reſpectu ſequentium eſt dictum, habuit enim tunc Bohemia tantum ducem, & non Regem, poſtea namque poſt longa tempora Friderico primo regnante, primo cæpit regem habere. dicunt quidam, quod Rex Bohemiæ inter Electores Regis Romanorum vocandus non eſt, niſi cum alij diſcordant; nec iſtud jus habuit ab antiquo, ſed hodie de facto tenet.

Ao. Dñi. MIII. Poſt Ottonem Henricus Filius Henrici Hezelini, natione Noricus, primus ab Electoribus imperij, & Principibus Teutoniæ in Regem Romanorum eſt electus; & Regi Ungarorum Stephano adhuc gentili Sororem ſuam Giſlam in vxorem dedit, & tam ipſum Regem, quam totam ſuam gentem ad fidem Xti convertit; hunc Stephanum omnes Ungari ut ſanctum venerantur, quia per eum initium fidei acceperunt; prædicta Giſla fuit Avia Eliſabethæ Landgraviæ Thuringiæ. Hic Henricus habuit uxorem Sanctam Kunegundem, quæ fuit filia Seyfridi comitis Palatini Rheni Ducis Saxoniæ, & tres habuit Fratres Theodericum Metenſem Epiſcopum, Adalberonem Clericum, & Henricum poſtea Bavariæ ducem, S. Henricus ab Eugenio III Papa Canonizatur.

Ao. Dñi. MXCV nonas May obiit Venerabilis Domina Giſla Soror S. Henrici Imperatoris, uxor Stephani Regis Ungariæ

riæ Abbatiſſa hujus Monaſterij hic ſepulta *) — — Hoc epitaphium reperi Pataviæ in Monaſterio Monialium in Nidernburg. aliud epitaphium ibi repertum. Año Dñi. MXX in die S. Theclæ Virginis obiit Venerabilis Domina Heilka, amita S. Henrici Imperatoris, prima Abbatiſsa hujus monaſterij hic ſepulta.

Eo tempore fuit in Moguntia Archiepiſcopus Willekisus, cujus Pater bigas, & currus facere ſolebat, igitur ad parietes oratorij ſui rotas ſuspendit, ubi causa humilitatis ea ſcripsit: Willekis! Willekis! Gedenk, von wem du komen biſ. clavem hujus cameræ ſolus Epiſcopus habebat, unde thesaurum repoſitum ibi putabant habere, donec Imperator ſemel intromiſsus est; ideoque adhuc in Vexillo Moguntino rota ærata eſt depicta.

Henrico ſancto Romanorum Imperatore, & Duce Bavariæ functo vita, Conradus Dux natione Francus (ſecundum alios ſuevus) consilio ipsius Henrici (cujus tamen, dum viveret, gratiam non habebat) ab omnibus in Romanorum Regem eſt electus. Iste ex matre Adelhaide de primis Francorum Regibus (qui a Troya venerant, & a S. Remigio fuerant baptizati) duxit originem; & Prædeceſsoris ſui Henrici Imperatoris, Ducis Bavariæ neptem (quam nolente Imperatore acceperat) uxorem habebat nomine Gislam de genere Carolorum, quæ primum Arnolpho Duci Sueviæ nupta ſuit, & ex eo geminos peperit Erneſtum, &

*) De *Giſala* hujus conditorio magna ante aliquot Annos inter noviſsimos ſcriptores Hungaros contentio agitata fuit, quam refert cl. Stephanus KATONA in *Hiſtoria critica Regum Hungariæ I.* 497 — 587. Eam autem non Pataviæ, ſed Veſprimii in Hungaria ſepultam fuiſse, docet Cenotaphium, Legendum in Celſ. Principis GERBERTI Diſsertatione de RUDOLFO *Suevico, pag.* 136.

& Hermanum, quo mortuo accepit iſtum Conradum, & ab iſto Conrado deſcenderunt Henricus tertius, Henricus quartus, & Henricus quintus, qui ſibi invicem in Romano Imperio ſucceſſerunt, & omnes ſepulti ſunt ſpiræ.

Poſt Henricum ſanctum Bavariæ Ducatum tenuit quidem Henricus, qui fundavit Monaſterium Osterhoven Patav: Diæcesis, putatur fuiſse frater Kunegundis.

Chuno Dux Noricorum, dum Fæderatis sibi Ungaris graviter rebellaret, Henricus tertius Romanorum Imperator Año Dñi MLV ipsum pro perfidiæ ſua culpa expulit, qui in Pannonia exulans diem clausit extremum.

Año Dñi MLVIII. Agnes Imperatrix, conjux Henrici quarti Romanorum Imperatoris ducatum Bavariæ ſuscepit; hæc divinitus compuncta Regni gubernacula contemnens, & Bavariæ ducatum disponens, miræ inſerviens humilitati præsentem vitam in domino finivit.

Anno Dñi MLXXI. Otto Dux Bavariæ Ducatum amisit. Hic Otto Saxo fuit genere, vir ampliſsimæ nobilitatis, prudentia, rebusque bellicis perpaucis fuit comparabilis; hunc quidam, quem ipse nunquam noverat, nomine Egio. de mediocri loco natus, rebus tenuis, audacia vero, & nequitia ſatis diffamatus, apud imperatorem accusavit dicens: quod ſecum de Regis morte tractaſset; & ob hoc ſemetipsum, (ut moris est) protrahi obtulit, quousque duello cum Duce confligens ea, quæ dixerat, vera comprobaret. Verum multis placitis, & regalibus colloquiis hincinde habitis, dum Otto, utpote Dux cum

Lat-

Latrone, Princeps cum ignobili congredi contemneret, ſua tamen iñocentia, vel Egilonis improbitas minime latuit, ſic Ducatum Bavariæ Otto ut reus Majestatis amisit, quem Belſo quidam illuſtris, & acer, atque bellicosus natu Suevus accepit. Ex quo præliorum, ſeditionum, prædarum, ſchismatum, atque mortium lamentabiles miseriæ ſuccreverunt. Hic jam dictus Belſo poſtea perdens Ducatum Bavariæ iterum ad Imperatoris rediit gratiam, & denuo factus Dux Bavarorum, uni e duobus filiis ſuis ut poſt ſe committeretur Ducatus Bavariæ, impetravit.

Alibi legitur, quod Ekhardus comes de Scheyrn repetierit ducatum Bavariæ, & ob hoc ter duxerit Ungaros super regnum Romanorum, tandem initis pactis ducatus ſuit ei reſtitutus, ſic, ut ipse Ekhardus cum potentia in ſubsidium Paſsagij ad recuperationem ſepulchri Domini deberet proficiſci; dum autem exercitus in Conſtantinopolim veniſset, conſultum fuit, ut ordine pedeſtri in terram ſanctam veniretur, contigit autem, ut prædictus Ekhardus Ligato calceo cum rubeis corrigiis incederet, ut ob hoc exercitui multum notus eſset; & ubicumque nocte caſtra metarentur, in ſignum calceus figebatur, ad quod ſignum exercitus quam plurimus confluebat, ex quo factum eſt, ut calceus in vexillo ſignaretur, ſepulchrumque domini sub hoc ſigno recuperaretur. Exin cæpit nomen vulgare: Herzog pundschuch: ob ejus rei memoriam, quod Jerusalem ordine pedeſtri fuit recuperata, & sub hoc ſigno, factum eſt, quod ipse, & ſui poſteri hoc genus calceamenti in armis ferre deberent.

Ego puto, hanc recuperationem terræ ſanctæ factam fuiſſe sub Henrico quarto, & Urbano Papa ſecundo, cum Gotfridus

Dux Lotharingiæ cæpit Jeruſalem ão Dñi MXCIX. tunc etiam Belfo Dux Bavariæ Jeroſolimitanum iter arripiens in Cypro de hac vita diſceſsit, cujus oſsa dein ſublata ad Altorffense Monaſterium sunt translata, ſocii vero peregrinationis vel interfecti, vel vivi (machinante perditiſsimo Græcorum Imperatore Alexio) Saracenis traditi ſunt Inter quos Thiemo Salzburgensis Archiepiſcopus (qui primum apud Altach inferius Monachus) comprehensus exquisitis ſuppliciis martyrio coronatus eſt.

Hic Belfo fundator exstit horum locorum: Steyngaden, Altdorff, Altenmünſter, & Raytenbuech.

Fuit his fere temporibus quidam Dux Bavariæ in caſtro Am̃ertal residens nomine Otto in Monaſterio Caſtellensi ſepultus; hic inter alias filias, quas habuit, Sophiam desponsavit Comiti in Andechs, de quo genuit Bertholdum comitem, qui fuit pater ſancti Ottonis Babenbergensis Epiſcopi, & Fridericum, qui in Am̃ertal ſedit, & multa beneficia monaſterio Caſtellensi faciens ibidem eſt ſepultus.

Anno Dñi MCXXVII. Leutherius, qui & Lotharius Dux Saxonum electus eſt Imperator, hujus Lotharij gener fuit Henricus Dux Bavariæ cognomento ſuperbus, qui Henricus habuit fratrem Belfonem.

Fridericus Comes ex nobiliſsimis Sueviæ comitibus originem trahens, in Caſtro *Stauf* residens, ab Henrico Imperatore tertio, Rege vero quarto, Dux Sueviæ (remoto Bertholdo), de novo creatus de Agnete filia ejusdem Henrici reliquit duos filios Conradum XII añorum poſtea Regem Romanorum, & Fri-
deri-

dericum XV annorum , hic Fridericus, qui natu major erat, poſt in ducatu ſuccefsit, poſtea prædicta Agnes tradita est Leopoldo Orientali Marchioni in uxorem, de quo genuit duos filios, Leopoldum, & Henricum Duces Bavariæ.

Fridericus autem frater Conradi Rex Romanorum, Duxque Suevorum natus ex clariſsimo genere Carolorum, ſororem Henrici, & Belfonis Ducum Bavariæ duxit uxorem, ex qua genuit Fridericum I hujus nominis, qui poſt Conradum ſupradictum apud Frankſurt electus Romanum ſuscepit imperium; Fridericus iſte imperator genuit Henricum ſextum, & Philippum, qui Philippus defuncto Henrico in contentione Principum cum Ottone quarto de Brunswich in Romanorum regem eſt electus.

Henricus ſextus genuit Fridericum II Romanorum Imperatorem, qui ſine gladio recuperavit Jerusalem, genuitque filios duos Henricum, & Conradum; Henricum fecit regem Romanorum, quem poſtea in carcere mori fecit, quo defuncto frater ejus Conradus in Regem eligitur, hic Conradus Eliſabetham filiam Ducis Ottonis Bavariæ duxit uxorem, & vocabatur regina Jerosolim. Iste Conradus genuit Conradum, de quo Lib. VI de elect. cap. 17. fundamenta in quo genus Carolorum defecit.

Henrico quinto Imperatore defuncto quatuor regni Optimates denominantur, ſcilicet Lotharius Dux Saxonum renitens valde, & reclamans ad regnum trahitur in præsentia Legati ſedis Apoſtolicæ; porro Conradus frater Friderici Ducis Suevorum ab ipso Friderico, ac aliis quibusdam Rex creatus a Mediolanensibus honorifice ſuscipitur, & ab eorum Archiepiſcopo in Regem ungitur, pro quo idem Archiepiſcopus a Papa de-

 ponitur,

ponitur, & alius ei ſubrogatur; Conradus autem, qui Mediolani Rex conſtitutus fuerat, pene omnibus ſuis am̃iſsis periculose jam repatriaverat. Et ecce Lotharius Rex plus mente, quam milite fiduciam gerens ad urbem usque progreditur vocatus ab Iñocentio ſecundo; Hic itaque ab eodem Pontifice cum nomine Imperatoris, & Auguſti in Ecclesia Conſtantiniana coronatur, Ecclesiam enim B. Petri, ubi mos erat, Imperatores coronari, Petrus Leonis Anacletus vocatus occupaverat; Imperator autem rediens ab urbe in germania curiam generalem in Babenberg celebrans, Conradum, & Fridericum Duces interventu Bernardi Abbatis Clarevallensis in gratiam recepit.

Henrico in exilio mortuo Saxones amore filij ſui parvuli, quem eis adhuc vivens com̃endaverat, Regi Conrado rebellant; Leopoldus vero ducatum Noricorum exhinc potenter habuit, & fortiter rexit; dum autem in obsidione Caſtri Phalaja duorum fratrum, qui ſoli ex Noricis Baronibus in parte Ducis Henrici ſteterant, incaute moraretur, Welfo Henrici Ducis frater ex improviso ſuperveniens fortiſsime pugnando Cæsis ex utraque parte pluribus Ducem redire coegit; his elatus ſucceſsibus dum Regem quoque non multo poſt in obsidione Caſtri Winisperch morantem aggredi attentat, am̃iſsis multis cum paucis fugit de prælio. Non multo poſt Duce LeoPoldo in Ratisbona civilia jura disponente, ex Ottonis Palatini Comitis importunitate ſeditio oritur, Dux cum ſuis populo circumquaque concurrente arma corripuit, ſuccensisque aliquibus urbis, vicis, civibus, tam armorum, quam incendii metu diſcurrentibus, periculum evadens urbe receſsit, ac vaſtatis in circuitu agris, ad tempus quasi divertens collecto milite non longe a civitate caſtra poſuit, tandem quasi terrore perculſos pecuniæ pactione in deditionem accepit.

Lotha-

Lothario imperatore defuncto quidam Principes timentes, ne forte in generali curia Henricus Dux Bavariæ (qui tunc præcipui Nominis, & dignitatis erat) per potentiam prævaleret, habito consilio apud confluentiam opimatum conventum celebrant, & præsente Theodebino Portuensi Epiſcopo, Apoſtolicæ ſedis Legato, ac totius Romani populi, urbiumque Italiæ assensu permittente Conradum Henrici quinti Romanorum Imperatoris Sororium eligentes, regem creant; qui ſtatim Aquisgrani in ſede Caroli a Principibus conſtitutus ab eodem Legato eſt coronatus; Saxones tamen, & Henricus Dux Bavariæ, qui electioni non interſuerunt, tunc in eum non consenserunt, aſserebant enim, eum non Regem Legitimum, ſed per ſubreptionem creatum. Rex igitur eis omnibus in Pentecoste curiam generalem præfigit in Babenberg, ad quam venientes ſimul cum Imperatrice Vidua Lotharij Richza nomine, in gratiam, & pacem Regis omnes ſunt recepti; Henricus vero Dux Bavarorum qui cognominabatur ſuperbus, ſolus ex Principibus aberat, apud quem insignia regalia contumaciter adhuc detinebantur, erat enim gener Imperatoris Lothorij defuncti, & ex hoc tenens regalia ad regnum, quantum poterat, aspirabat. Huic ad reddenda insignia in Festo Apoſtolorum Petri, & Pauli dies præfigitur Ratisbonæ, quo veniens regalia, & crucem, Lanceam, & coronam reddidit, gratiam autem Imperatoris non impetravit.

Cum Henricus Dux Bavariæ multis modis (primum audax, & elatus, ſed nutu Dei humiliatus) misericordiam peteret, nec impetraret, tandem judicio Principum apud Herbipolim proſcribitur, & Conradus Rex ablato ei Ducatu Leopoldo Marchioni Orientali, & auſtriæ fratri ſuo ex parte matris contulit Ducatum, ex tunc multis malis Provincia Bavariæ ſubjacuit. Leopoldus

poldus igitur marchio ſuſcepto Ducatu Noricorum cum omnibus pene Baronibus ad eum pertinentibus tam terrore, quam amore ſibi junctis primo metropolim, ac ſedem Ducatus Ratisbonam ditioni ſuæ ſubdidit, poſt collecto milite copioso totam Bavariam pertransiens ſtrenui Judicis Officium exercuit, Henricum quoque cum uxore, & liberis auxilio Regis fugavit, & depauperavit, quod peditando, quatuor tantum comitatus ſociis Saxoniam venerit ad filium Lotharij Ducem Saxoniæ, qui opis nescio victum miniſtravit; ibique Henricus moritur & juxta Socerum ſuum Lotharium ſepelitur ao MCXLI Iste Leopoldus apud Ratisbonam infirmatus, in Territorio Pataviensi moritur, & in monaſterium S. Crucis deportatus, quod pater ſuus plurimum ditaverat, ſepultus eſt ibidem, cui ſucceſsit in Marchia frater ſuus Henricus.

Leopoldo Duce Bavariæ defuncto Conradus Rex Saxoniam ingressus viduam Ducis Henrici, Lotharij Imperatoris filiam fratri ſuo Henrico Marchioni uxorem dedit, & pacem Saxonibus fecit, eidemque marchioni noricum ducatum conceſsit. Hic Henricus, primus Dux Auſtriæ uti dicetur, in Metensi Monaſterio Ratisbon Diœcesis Monachos inſtituit, & Clericos, qui ibi erant, in Münster locavit.

Eo tempore Turci Jerusalem, & totam terram ſanctam obtinuerunt; unde Papa timore compulſus Bernardum Clarevalenſem Abbatem pro reformanda pace inter ſedem Apoſtolicam, & Regem Conradum miſit in Alemaniam; quæ reconciliatio facta eſt in Spira, & Franckfordia, ſigillis Principum roborata.

In generali curia, quam Rex Conradus tunc Frankfordiæ celebravit, ipse filium ſuum nomine Henricum, adhuc puerum

rep

per electionem Principum Regem conſtituit, jubens eum Regni eſse participem, qui non diu ſupervixit; hunc Henricum Conradus genuit de uxore ſua Gertrude, filia Comitis Peringeri de Sulzbach, qui fundator exſtitit Monaſteriorum Caſtellensis, & Bertersgadenſis; & ipsa Gertrudis in Caſtello est ſepulta.

Ad prædictam curiam Franckfordiæ celebratam Henricus Henrici ſuperbi Noricorum quondam Ducis filius, qui jam adoleverat, venit, ducatum Noricorum, quem Patri ſuo non juſte abjudicatum aſserebat, jure hæreditario poscens, quem Rex ingeniose ad ſuum reditum de Jerosolymitano Paſsagio ſuspendit. Conradus igitur Rex a S Bernardo apud Frankfurt cum multis Principibus cruce Signatis de Lotharingia, Flandria, & Anglia fortiſsimis pugnatoribus adunatis yeonium venit, ibi Ludovicus Rex Franciæ per Ungariam venit ad eum, ſed Græci calcem farine miſcentes magnum feeerunt exercitui detrimentum; tandem ad terram ſanctam pervenientes bella gloriosa geſserunt, & recuperantes Jerusalem, ordinato ibidem Rege Baldebino, in patriam sunt reversi.

Hic Conradus Rex poſt XV annos regni ſui vocatus a Papa ut Romam veniret a cipere imperialem Benedictionem, sed infirmitate captus obiit, & in Babenberg eſt ſepultus.

Conrado Rege vita functo Fridericus Friderici Ducis Suevorum, fratris ipsius Conradi Regis filius regnare cæpit. Hic Fridericus Imperator Henrico Duci Saxoniæ (filio illius Henrici ſuperbi Ducis Bavariæ, a Leopoldo Anteceſsore ſuo ejecti e Bavaria) consilio, & rogatu Principum Ducatum paternum Noricorum reſtituit, & Henricum patruum ſuum Marchionem Auſtriæ,

riæ, tunc Ducem Bavariæ ab eodem Ducatu removit; & quia ejusdem Marchionis magna nobilitas, & multa exigebat honeſtas, ut nomen Ducis non perderet, & ut Duces Bavariæ minus contra imperium ſuperbire valerent, Imperator de voluntate, & Conſensu Principum Año Dñi MCLVI. in curia Ratisbonæ in Nativitate S. Mariæ habita Marchionatum Auſtriæ a jurisdictione Ducis Bavariæ exemit, & quosdam comitatus de Bavaria ei adjungens, convertit in Ducatum, judiciariam poteſtatem Principi Auſtriæ ab Anaso vsque ad ſylvam prope Patavium (quod dicitur Rotnsala) protendendo. Sic igitur ille Henricus factus eſt primus Dux auſtriæ; hucusque namque quatuor Marchiones Auſtriæ, Styriæ, Hiſtriæ, & Chambensis (qui dicebatur de Voburgk) evocati ad celebrationem curiæ Ducis Bavariæ veniebant, prout hodie Comites, & Nobiles ipsius terræ facere tenentur.

Isti sunt, quorum hæreditates cum caſtris, & prædiis Succeſsu temporum ad Duces Bavariæ sunt devoluti *)
Fridericus, & Hermañus Landgravij de Steſſininge.
Ulricus Comes de Velburgk, & Clamme.
Tres Fratres Purggravij de Rietenburk
Otto Liber de Werde apud Helignstadt.
Diepoldus Marchio de Voburgk, & Chame, qui exſtitit Fundator Monaſterij Reichenbacensis.
Conradus Dux de Dachau.
Fridericus, & Otto de Witelspach, Comites Palatini.
Henricus de Landsperg apud Lech Flumen.
Henricus Marchio yſtriæ de Andechsen,

Otto

*) Conferantur iſta cum Narratione *Altahenſis* apud LEIBNIZIUM *ſcript. Rerum Bruſicenſ.* II. 22.

Otto fratruelis ſuus Dux Moraviæ *) de Wolfhartshausen.
Siboto comes de Phalagia
Conradus comes de Wasserburgk.
Alhait comitiſsa de Mern. quæ habuit Kaſtein in montanis
Sifridus, et Bernardus comites des Lebenau, quorum erat civitas in Burkhausen.
Chuno comes de Meglinge.
Henricus Liber de Vilsbiburgk.
Chalbobus comes de Kirichperg.
Ratoldus Liber de Kager.
Leopoldus, Bertoldus, & Albertus Comites de Pogen.
Henricus, & Ludovicus de Hentoven.
Rapoto Palatinus de Rotal.
Otto comes de Grunpach.
Comites de Morsburck.
Pabo de Ebneskirchs.
Hadmarus, & Rapoto de Ahausen.
Henricus Comes de Ortenberg. Rapoto Frater ſuus, Palatinus Bavariæ.
Ludovicus Liber de Hagenau.
Liber de Uttendorf.
Leopoldus comes de Hals, cujus exstitit oppidum osterhoven cum lacu Amerse.

Año Dñi MCLXIII. Gebhardus Comes de Burckhausen obiit; extunc Duces Bavariæ caſtrum Burkhausen possederunt; tunc temporis Conradus Croatiæ, atque Dalmatiæ Dux, natione Noricus, de caſtro Dachau oriundus, apud Pergamum vivendi finem fecit, ejusque corpus in terram ſuam deportatum in monaſterio Scheyrn eſt ſepultum.

*) Meraniæ.

Año Dñi MCLXXX Otto de Schira ex genere Carolorum Dux Bavariæ conſtituitur a Friderico primo Imperatore, & Bernardus *) Frater ejus Dux Saxoniæ ordinatur; Hic Otto fuit vir magnanimus, a quo Principes Bavariæ noſtri temporis deſcenderunt, qui etiam cum Agnete uxore ſua principalis auctor exſtitit, ut caſtrum Scheyrn in monaſterium mutaretur, in quo tamen cum fratre ſuo Bernardo ſepultus requieſcit, relinquens filium, nomine Ludovicum.

Año Dñi MCCIIII caſtrum Landzhut conſtruitur a Ludovico filio Ottonis, Duce Bavariæ.

Año MCCVIII Straubing conſtruitur (alias MCCXVIII).

Año MCCX. Ludovicus ædificat caſtrum Abach.

Año MCCXVIII. Bertholdus comes Pogen obiit,

Año MCCXXIIII Landau conſtruitur.

Idem Ludovicus Filius Ottonis Ducis Bavariæ comitis Palatini de Schyra Ludmillam Filiam regis Bohemiæ, relictam Alberti comitis de Pogen duxit uxorem, de qua Ottonem Ducem inclitum Bavariæ ducem genuit, hæc Ludmilla de viro ſuo primo Alberto comite de Pogen duos **) Filios genuit, Bertoldum, & Albertum ***), qui cum vicinis ſuis omnibus Epiſcopis, comitibus, & liberis diſcordabant, & prædis, & incendiis terram plurimam vaſtabant; hæc Ludmilla Fundatrix monaſterij Monialium in Saldental Landzhutæ exſtitit, in quo ſepulta corporaliter requieſcit.

Año MCCXXXI. Ludovicus Dux Bavariæ de Sero in Kelhaym a quodam Siccario præſente ſua familia occiditur, & in Scheyrn

*) Iſtud erroneum. **) Immo tres. ***) adde *Leopoldum*.

Scheyrn ſepelitur; ſed ejus exequiæ diu dilatæ tandem Solemniſsime peraguntur præsentibus pluribus Pontificibus, Prælatis, & Principibus, præcipue Archiepiſcopus Salisburgensis, Ratisbonensis, Eystetensis, Moguntinus Avunculus ipsius, Auguſtensis, Seccoviensis, Abbas de Meunsee pluresque alij Prælati, comites, & Barones interfuerunt. Eodem die Otto Filius ejus Monaſterio Scheyrn magnificos reditus est largitus.

Anno MCCXLII. Albertus comes ultimus de Pogen eſt defunctus.

Otto Filius Ducis Ludovici interfecti Filiam Henrici Comitis Palatini Rheni duxit uxorem, & Principatum ejus obtinens, Haidelbergam, & omnia ipsius hæreditarie possedit.

Eo tempore Fridericus ſecundus Romanorum Imperator Filiam Regis Accaron duxit uxorem, & non longe poſt etiam terram ſanctam ſibi ſubjecit, faciens filium ſuum nomine Conradum Regem Jerusalem, hic Conradus Elisabetham Filiam Ottonis Ducis Bavariæ duxit uxorem, & vocabatur Regina Jerusalem.

Otto habuit duos filios Ludovicum, & Henricum, qui post mortem Patris terras dividunt, Ludovico, qui fuit natu major, ceſsit Bavaria ſuperior cum comitatu Palatini Rheni, & civitate Monacensi; Henrico vero Bavaria inferior cum opido Landshut.

Henricus Dux Bavariæ filius Ottonis duxit in uxorem Elisabetham filiam Belæ Regis Ungariæ, qui fuit frater ſanctæ Elisabethæ; idem Henricus Año Dñi MCCXC bono fine apud

Burckhauſen obiit, relinquens tres filios Ottonem poſtea Regem Ungariæ, Ludovicum, & Stephanum.

Ludovicus comes Palatinus Rheni frater Henrici Ducis Bavariæ, filius Ottonis Ducis Bavariæ duxit uxorem Mariam Duciſsam Brabantiæ, quam in Werde ſuevico decapitari juſsit. Qua sine Liberis defuncta, Ludovicus duxit aliam uxorem Dominam Annam filiam Ducis Poloniæ, ex qua genuit filiam Agnetem, & Ludovicum egregiæ indolis virum; mortua Domina Anna Glorioſisſimus Rex Romanorum Adolphus filiam ſuam Dominam Mathildem sibi tradidit in uxorem, ex qua genuit Rudolphum, & Ludovicum Juniorem, qui poſtea regnum Romanorum eſt adeptus. Hic Ludovicus ſupramemoratus prope Auguſtam caſtrum Fridburg ædificavit, & pro emenda occisæ uxoris abbatiam in Fürſtenfeld fundavit, ubi ſepultus requiescit.

Anno Domini MCCLXXXIX Ludovicus bonæ indolis filius Ludovici Ducis Bavariæ cum haſtiludio Norinbergæ incideret, lancea cujusdam Baronis de Hohenlo tactus gutture occubuit.

Año Dñi MCCCIX mortuo Rege Ungariæ sine hæredibus Otto Dux Bavariæ, filius Henrici, vir ſtrenuus, & bellicosus, nepos ex matre Belæ Regis Ungariæ, a Baronibus Ungarorum eſt electus, ut tanquam vicinior ipſius regni hæres in Regem coronatus Ungariam possideret.

Anno Dñi MCCCXII. Otto Rex Ungariæ, & Dux Bavariæ relinquens filium fere XIII annorum dictum Henricum, qui poſtea a caſtro, in quo nutritus fuerat, vocabatur Princeps de Nadernberg, dum autem prædictus Otto consideraret, ſe in

proximo

proximo moriturum, comiſit filium ſuum Henricum prædictum, & pueros fratris ſui Stephani defuncti Henricum, & Ottonem quorum primus erat VIII, Secundus vero IV, aut V annorum) civibus in Landshut, & Straubing, conteſtans eos juramento publico, & fideli, ut prædictos pueros & principatum eorum nulli alij committerent, quam patruo ſuo Ludovico tunc ſuperioris Bavariæ Duci, & poſt Romanorum Imperatori. Quod & fecerunt, non tamen ſine maximis diſcordiis Principatus; nam fere omnes Miniſteriales, & milites caſtellati nitebantur prædictos pueros cum Principatu ducibus Auſtriæ commendare; hac igitur de causa per totum Principatum non potuit pacificus angulus reperiri, donec Año Dñi MCCCXIII in die S. Theodori publicum, & forte bellum prope villam Gamelſtorff comiſerunt, ubi pluribus occisis Ludovicus Dux victoriam obtinens, nobiliores omnes captivavit, & ſuo Dominio ſubjugavit.

Año Dñi MCCCXV defuncto Henrico Imperatore Comite de Lützelburg Electores in die S. Lucæ in duos ſe diviserunt, una pars elegit Ludovicum de Bavaria, altera Fridericum de Auſtria, quapropter facta est diſsensio magna inter eos, quæ non potuit ſedari, quousque año dñi MCCCXXII in vigilia ſcti Michaelis inter Muldorff, & Ampfing in prato, quod dicitur Vethwis, forti bello comiſso Ludovicus Fridericum Ducem Auſtriæ captivavit, & gloriose triumphavit.

Rudolphus comes Palatinus Rheni, Electorque Romani Imperij, dum frater ſuus Ludovicus Dux Bavariæ in Romanorum Regem eligeretur, ipe elegit Ducem Auſtriæ Fridericum, accidit, ut ipse Ludovicus factus Imperator contra eundem Rudolphum fratrem ſuum tantum invaleſceret, quod eum de omni-

nibus bonis ſuis ſcilicet comitatu Rheni, Ducatu Bavariæ manu forti depelleret, ſic, ut fertur, quod ipse Rudolphus exul in partibus Angliæ moreretur; iste Rudolphus ex Mathilde filia Adolphi Regis Romanorum reliquit tres filios, Rudolphum, Rupertum, & Adolphum. Rudolphus tantum filiam unicam habuit, quæ Regi Bohemorum data eſt in uxorem. Rupertus vero vulgo dictus Ruffus, eo, quod rubeam barbam haberet, deceſsit ſine liberis. Adolphus autem genuit Rupertum. Iste Rupertus ex filia Regis Siciliæ Rupertum genuit, postea Romanorum Regem. Ludovicus igitur Imperator videns elegantiam puerorum fratris ſui Rudolphi in exilio defuncti fertur dixiſse: Pater puerorum iſtorum peccavit in me, & non filii. Nunquid filii portabunt iniquitatem patris! absit! divisitque terras, videlicet Rhenum, Bavariam, Sueviam, & Auſtriam, dans optionem pueris fratris ſui defuncti, ut acciperent partem, quam vellent; qui acceperunt Rhenum cum aliquibus oppidis Bavariæ, videlicet Amberg, Naburck, & ceteris.

Causa diſcordiæ inter Joañem Papam XXII, & Ludovicum Imperatorem dicitur accidiſse hoc modo: Domino Ludovico Duce Bavariæ in Regem Romanorum confirmato, nihil ei defuit in omnibus, quæ ad Virum ſapientem, & regni gubernatorem pertinebant, nisi quod Linquam latinam minime intellexit *); ex quo inter alia, quæ ei evenerunt, indignationem Domini Papæ incitarunt, quæ ſcripſit Nuncius hoc modo: habuit enim quemdam cancellarium, qui vocabatur Ulricus Hangen de Auguſta, cui ſigillum ſuum, & omnia ſcribenda, & expedienda com-

*) Iſtam latini Idiomatis imperitiam inficiatur AVENTINUS, & *Chronicarios* quosdam impudentiſſimi mendacii arguit *Annall.* VII. cap. XV. n. 9. *pag.* 715.

comiſit; hic de quodam crimine enormi, & infami apud Regem eſt accusatus a quibusdam præpotentibus, quibus ipse Rex juſtitiæ complementum non potuit comode denegare. Quapropter Rex ſe interposuit, & per quædam placita ad hoc perduxit, quod prædictus Ulricus deberet ſe coram quinquaginta Prælatis expurgare de objectis; quod cum factum in Nirnberg fuiſset, ille Ulricus officio Cancellariæ eſt reſtitutus. Eodem tempore Ludovicus Rex Romanorum feſtinabat pro gratia ſedis Apoſtolicæ impetranda, ſolemnes nuncios mittens ad curiam vnacum literis voluntariam obedientiam, & omnem ſubjectionem continentibus; ex quo prædictus Cancellarius occasione malignandi inventa, ut præſcriptam infamiam ſuam false vindicaret, literas Apoſtolico dirigendas vitiavit, falsa pro veris ſcribendo, Dominum Papam beſtiam a mari ascendentem vocitando, & plura alia, (ad ſimilitudinem illius, qui quondam Petrus de vineis dicebatur, ponendo, qui ſimiliter fuit Cancellarius Friderici ſecundi Imperatoris) quapropter Dominus Apoſtolicus provocatus, vel potius deceptus contra ipsum Regem excomunicationis ſententiam promulgavit, & contra eum Reges, & Principes inſtigavit. Tantarum autem Seminator diſcordiarum tam occulte, & dolose, & tamdiu ſemen ſuarum malitiarum inter mundi capita ſeminavit, quousque Rege a Roma (ubi nomen imperatoriæ dignitatis a Papa, quem ipse crexerat, obtinuit) in Theutoniam reverſo malitiam ſuam Dei gratia ordinante in mortis articulo Imperatori eſt personaliter confeſsus, & quæ fecerit, & procuraverit in vindictam pro eo, quod criminatores ſuos non ſtatim occidit, sed eos ad judicium venire permiſit in ſuæ confusionis augmentum. Quantum autem pænituerit, fleverit, & doluerit imperator ſuper his, ſcribi non poteſt. Verumtamen cognito a medicis, quod in tribus, aut

aut quatuor diebus eſset ſine dubio moriturus, dixit: quamvis ipse nequam omni eſset genere tormentorum puniendus, ejus tamen, qui eum percuſsit, judicio, vel misericordiæ ipsum volumus cōmittere judicandum. *)

Año Dñi MCCCXXVII. Ludovicus Imperator Romæ accepta imperiali benedictione, dum poſt ſplendidos, ac magnos ſumptus fiscus imperialis deficeret, ſuis etiam magnatibus ratione ſumptuum in obsides datis, quadam die ſolus in Ecclesia exiſtens cum nimium axiaretur, ac tractaret, quomodo ad terram propriam, ſcilicet Bavariam poſset reverti, quidam monachus veneranda canitie ſibi aſtitit dicens: Ludovice! ſi aſſentire mihi velles, ego tibi darem consilium, mediante quo finem tuis curis imponeres; qui respondit dicens: quod ejus consilio libenter aquieſceret, dum̄odo Deum per hoc graviter non offenderet, ad quod monachus: per hoc Deus, & nomen ejus plurimum honorabitur. Et imperator: quomodo! respondit monachus: habes in terra tua locum dictum Ampherang, in quo ad honorem Dei, & glorioſæ Virginis Monaſterium ædificabis! ad quod imperator: locum hunc ignoro, & nunquam nomen ejus audivi, ad quod monachus, ſi hoc facere volueris, cum ad terram tuam reverſus fueris, locus iſte tibi oſtendetur; tunc nomine loci ab imperatore notato dixit monachus: quidam dominus Italicus veniet petens a te libertatem ſui, & terræ ſuæ, qui tibi tantum dabit de pecunia, quantum poſtulabis, qua habita domum potes reverti; quo audito Imperator ſerioſus, ſe fundaturum hoc promittit monaſterium. Tunc monachus dedit Imperatori imaginem B. Virginis factam de Alabaſtro, & continuo disparuit, & nusquam poterat ultra reperiri;

*) Ex vito Arenpeckio. Chron. Bojoar. L. V. 332.

riri; accidit, ut quidam Dominus veniret, ſecundum quod Monachus prædixerat, & libertatem poſtularet, Imperator autem ſecundum conſilium magnatum ſuorum centum millia florenorum poſtulavit, quæ dominus iſte libenter dabat, insuper imperatrici quinquaginta millia florenorum ſupernumeravit, & ad cancellariam duo millia dedit; ex hinc dicitur ortum proverbium: quod centum millia florenorum ſit maxima Sum̃a, quam ſciat Bavarus poſtulare *). Imperatore igitur ad terram ſuam reverso, locus Ampherang in quadam densa ſylva, ubi plurima homicidia fiebant, a Venatore indicatur, & monasterium Ordinis S. Benedicti, prout imperator voverat, fundatur, & nomen Ettal imponitur, in quo adhuc imago Virginis gloriosæ monſtratur, ad hoc monaſterium primus abbas de Altach inferiori eligitur.

Anno Dñi MCCCXXX. in die S. Vitalis Martyris ponitur primus lapis in Monaſterio Ettal, & fit abbatia ord. S. Benedicti cum XXII personis, primus abbas Fridericus Heinreich reuter de Reichenbach inſtituitur, fundatur etiam ibidem manſio XII militibus, & uxoribus eorum, & VI viduis, quibus dabatur præbenda ut monachis; & hoc tantum imperatore vivente, poſtea filii ejus multa sibi usurpaverunt.

Año Dñi MCCCXLVII in die S. Gereonis Ludovicus Imperator obiit, ſepultus in Ecclesia S. Mariæ Monachij; dicitur autem, quod dum ipse imperator eſset in venatione, quædam Duciſsa Auſtriæ, Soror dominæ in Athaso, quæ vulgo propter deformitatem Maultaschen vocabatur, & quia etiam ſe contemni videbat, id fieri procuravit, ut ſibi potum in flascone

 por-

*) Ex eodem loc. cit.

porrigeret, & dum ille bibere respueret, illa prior bibit, quod videns imperator, & ignorans (quod calliditate quadam geminos potus in eadem flascone ſibi offerret, confidenter bibens lethale virus ſuscepit, & mox corruens de equo in gremio cujusdam ruſtici in ſylva prope Furstenfeld eſt defunctus; Duciſsa ab ipso Imperatore ſtatim ut bibit præmonita fugiens evasit.

Año Dñi MCCCXLVIII defuncto Ludovico Imperatore filij ſui faciunt divisionem terrarum dominica infra nativitatem B. Virginis in Landsperg hoc modo: Ludovicus Marchio Brandenburgensis natu Senior (Ludovicus dictus Romanus, eo quod Romæ sit natus) & Dux Otto Junior poſsederunt ſuperiorem Bavariam cum omnibus attinentiis, Dux vero Stephanus, Wilhelmus, & Albertus poſsederunt inferiorem Bavariam, Hollandiam, Selandiam, & Fresiam cum ſuis attinentiis.

Año Dm̃i MCCCLII Conradus Dux de Deck in domo ſua, quod est Monachij, per Sweikerum de Gundolfing eſt occisus.

Año Dm̃i MCCCLIII. In die S. Erasmi Ratisbonæ Ludovicus Marchio Brandenburgensis, Rupertus ſenior comes Palatinus, & Joañes Burggravius Norinbergensis tanquam arbitratores faciunt diviſionem terrarum Stephani, Alberti, & Wilhelmi filiorum Ludovici Imperatoris.

Año Dm̃i MCCCLVII. Circa medium quadragesimæ Albertus Dux Bavariæ, & Gubernator Hollandiæ filius Ludovici Imperatoris quemdam militem ſuum, nomine Petrum de Egk (qui ſapientia ſua cum adhuc puerulum in ejusdem terræ poſsessionem veni-

venire totis viribus procuravit, & quaſi filium, & Dominum enutrivit) cum adjutorio fratris ſui Stephani Ducis in caſtro Nadernberg obsedit, parentes igitur prædicti militis Carolum Imperatorem, Bohemiæque Regem adeuntes ipsum precibus, & murineribus vicerunt, ſic, quod cum exercitu Bohemorum venerit in Stauff, & transiens ibidem per pontem Danubium ad ſeptem dies illic pausam fecit, donec plures milites, & miniſteriales Principum Bavariæ fuerint muneribus corrupti, poſtea verſus Nadernberg descendens ad ſpatium medij milliaris juxta exercitum Bavarorum caſtra metatus eſt; cum autem Bavarorum Princeps fortiorem haberet exercitum, Seque jam ad pugnam præpararet, hi, qui corrupti erant pecunia, preces ſuas interponere cæperunt, ſic, quod prædictus obseſsus miles caſtro Principi aſsignato in persona, & rebus ſecurus eſset, donec de objectis, & obijciendis coram Imperatore, & Principibus reſponderet. Quod tamen non eſt factum, quia miles præfatus tantam in obsidione perpeſsus fuerat penuriam, quod tempus modicum ſupervixit. Poſtea idem Dux Albertus caſtrum Hilkersperg ubique obsedit, & potenter obtinuit; hisce temporibus caſtrum in Straubing ab eodem Duce Alberto conſtruitur.

Tempore Caroli Regis Bohemorum, qui Ludovico quarto in regno Romanorum ſuccefsit, Rupertus, qui & Adolphus eſt vocatus, Dux Bavariæ in Saxoniam duxit exercitum, ubi habito campeſtri bello bis uno die triumphavit, tertia vero vice eadem die iterum cum hoſtibus congreſsus ſuccubuit, captusque a Duce Saxoniæ ab ejus captivitate multo tempore non potuit liberari. Tandem memoratus Dux Bavariæ Regi Bohemiæ a Duce Saxoniæ vinculatus resignatur, pro cujus redemptione variis tractatibus habitis, poſtremo hoc modo liberatur; Rex

Bohemorum filiam Rudolphi, qui frater fuit Adophi, patris ſupramemorati Ruperti, duxit uxorem; & ipse Rupertus libertati donatur, & tam pro dotalitio contracti matrimonij, quam pro redemptione Ruperti Ducis civitates quædam in Bavaria ſecus ſylvam Bohemorum ſitæ, regno Bohemiæ adijciuntur. Poſt hæc año Dm̃i MCCCLXXIII Marchionatus Brandenburgenſis a Ducibus Bavariæ prædicto Carolo pro ducentis millibus florenorum venditur, ubi centum millia florenorum in prompto ſolvuntur, pro alto centenario quædam oppida, quæ prius ſubjecta erant Regi Bohemiæ, iterum Ducibus Bavariæ reſtituuntur cum conditione redemptionis, videlicet Lauff, Harspruck, Reichenfeld, Sulzbach, Rosenberg, Hyrssau cum aliis, quædam vero apud regnum Bohemiæ remanſerunt, ſcilicet Pernau cum reliquis, quousque Rupertus regnum Romanorum ſuscepit, qui contra Wenceſlaum Regem Bohemiæ, depositum a regno Romanorum cum potentia Bohemiam intravit, & ibidem facto magno incendio, quidquid erat in terra Bavariæ ſecus ſylvam, & ad dictum regnum pertinebat, iterum Principibus Bavariæ ſubjecit.

Año Dm̃i MCCCLXXV. in die S. Gregorij obiit Leopoldus ultimus Comes de Hals sine hæredibus vierſæ, in Oſterhoven ſepultus. fecit teſtamentum ad IV^{M} librarum Ratisbonensium.

A°o Dm̃i MCCCLXXIX obiit Otto Marchio Brandenburgenſis filius Ludovici Imperatoris, in Saldenthal ſepultus. Hic Otto (sicut duo de fratribus ſuis videlicet Wilhelmus, qui tenuit Hollandiam, & fuit ex intoxicatione furibundus, & Ludovicus, dictus Romanus) ſine liberis deceſsit.

Regnan-

Regnante Wenceslao Romanorum, & Bohemorum Rege cum respublica multis incom̃odis turbaretur, Principes, & civitates imperiales per Alemaniam, nec non Pilgrinus Archiepiſcopus Salzburgensis, & civitas Ratisbona de aſſenſu Wenceslai Regis propter pacis inimicos alterutrum confœderantur, dum autem invaſores reipublicæ per hujusmodi ligam graviter arctarentur, ſuccedentibus ſibi invicem malis Wenceſlaus Rex civitates defendere diſsimulat, Pilgrinus Archiepiſcopus Salisburgensis in Monaſterio Raitenhaslach in treugis capitur, generalis diſcordia inter Principes, & civitates Romani imperij per Teutoniam concitatur, Rupertus comes Palatinus, qui poſtea Rex Romanorum factus, monte opposito civitati Ratisbonensi contra ipsam caſtra metatur, dein caſtrum Stauff ab eodem Ruperto, & aliis ducibus Bavariæ, ſcilicet Friderico de Landshut, Stephano, & ejus filio Ludovico de Ingolſtat, Joanne, & ejus filio Erneſto de Munchen, Alberto de Straubing, & prædicto Ruperto obsidetur, ſed non expugnatur; fitque eodem ãº 1388 in die S Brittij a quibusdam de militibus Principum, & Ratisbonensium in campo ante portam S. Jacobi prope montem dictum Purgersperg conflictus, ubi a Ratisbonenſibus triumphatur, poſtea com̃unis diſcordia per placita eſt ſopita.

Añº Dñi MCCCXCIV. Joañes Dux Burgundiæ (maritus ſororis Alberti, qui tunc tenuit Ducatum in Straubing) venit cum multitudine magna per Bavariam contra Paganos, quem ſequebantur multi de noſtratibus, inter quos præcipuus erat Dux Rupertus, Ruperti poſtea Regis Romanorum filius; & cum veniſsent ultra Ungariam, ex negligentia, & diſcordia noſtrorum prædictus Joañes Dux capitur, ceteri vero aut ſubmerguntur, aut occiduntur, aut fugantur, e quibus dictus Dux Bavariæ

variæ Rupertus cum magna penuria revertitur, & ſtatim poſt moritur, & Ambergæ ſepelitur.

Año Dmĩ MCCCC Wenceslao Rege per quosdam Electores deposito a regno Romanorum, Rupertus comes Palatinus Rheni, & Dux Bavariæ in Regem eligitur Romanorum; hic in proposito ſuo contra concilium Pisanum in obedientia Gregorii XII in Oppenhaim moritur, & Heidelbergæ ad S. Spiritum ſepelitur; hic de conthorali ſua Elisabetha Regina filia Burggravii de Nürnberg plures habuit filios, e quibus duo Rupertus, & Fridericus moriendo eum præceſserunt, quatuor vero, Ludovicus, Joañes, Stephanus, & Otto ſuperſtites remanſerunt; habuit etiam tres filias, e quibus unam duxit Fridericus Dux Auſtriæ dictus de Athas, & obiit ſine liberis. Agnetem vero duxit comes de Cleff, quem Sigismundus Rex Romanorum in Ducem creavit; Margaretham, quam Dux Lotharingiæ duxit uxorem.

Año Dmĩ MCCCCV circa feſtum Nativitatis Xti Albertus filius Ludovici Imperatoris, Princeps pacis, & mansuetus eſt defunctus, & in Hollandia tumulatus; Hujus Alberti talis fuit titulus: Albertus Dei gratia Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ, comes Hollandiæ, & Seelandiæ, ac Dominus Dominii Frisoniæ. Hic de uxore ſua Margaretha filia Ludovici Ducis Poloniæ tres genuit filios, Wilhelmum, Albertum, & Joannem; ex his fratribus Albertus tenuit Straubingam, & primus obiit inter fratres sine liberis, uxorem enim non duxit, fuitque vir proceræ ſtaturæ, & Summæ benignitatis, ſepultus in medio Chori Monaſterij Carmelitarum. Eidem Alberto ſucceſsit frater ſuus Joannes, & quia idem Leodiensis Eccleſiæ erat

electus

electus, ipse jam dictum Ducatum per Vicedominum gubernat. Habuit etiam præfatus Albertus duas filias, quarum una fuit uxor Joannis Ducis Burgundiæ, qui transiit contra turcas; altera nomine Joanna duxit in virum Albertum Ducem Auſtriæ, qui in obsidione oppidi Znaym obiit relinquens filium nomine Albertum, qui duxit Dominam Elisabeth filiam Sigismundi Romanorum, Ungariæ, & Bohemiæ Regis, hic Albertus genuit optimæ indolis filium nomine Ladislauw, qui per intoxicationem dicitur obiiſse, Pragæ ſepultus.

Prædicto autem Alberto filio Ludovici Imperatoris vita functo in comitatibus Hollandiæ, & Selandiæ Wilhelmus filius ſuus ſucceſsit, qui una filia nomine Jacoba ſuperſtite circa an̄um Dn̄i MCCCCIX deceſsit. Hæc primum duxit Delphinum de Francia, quo defuncto Ducem Brabantiæ, iſto repudiato Adhunnfrido Duci Glosestriæ fratri Henrici Regis Angliæ adhæsit. Hæc igitur Jacoba defuncto patre ſuo Duce Wilhelmo tanquam filia volens bona patris ſui hæreditario jure poſsidere, ſcripsit ſe commitiſsam Hollandiæ, Selandiæ &c. Econtra Dux Joannes electus Leodiensis jam dictarum terrarum ſe comitem ſcripsit, cedensque electioni ſuæ in Leodiensem Ecclesiam, quam multis annis tenuerat, ſpe prolis Dominam Elisabetham Joannis Lusatiæ Ducis fratris Sigismundi Regis Romanorum filiam duxit in uxorem, & prædictas terras quodammodo per bellicos labores sibi ſubjecit; in eisdem bellicis rebus Henricus Nothhaft miles ſtrenuus, inferioris Bavariæ Vicedominus principalis fuit Capitaneus.

An̄o Dn̄i MCCCCVIII Joannes Electus Leodiensis, Dux inferioris Bavariæ a Leodiensibus in trajectu Superiori obsidetur;

tur, in hac obſidione Leodienſes tanta ferocitate feruntur, ut mulieribus propter penuriam expulſis a civitate veſtes circa femora abſcinderent, & mamillas impudice amputarent. Wilhelmus vero Dux Bavariæ, frater ipsius Joannis Electi, & Joannes Dux Burgundiæ, Sororius eorundem, cum alias dilectum Electum contra Leodienses juvare recusarent, videntes tamen eum in mortis periculo conſtitutum, exercitum fere decem millium virorum pugnatorum contra ipsos Leodienses movent, & eos aliquantulum ab obsidione ſejunctos bello aggredientes omnes occidunt, ita, ut vix evaderet, qui factum poſteris enarraret; factum eſt prælium XXIII die mensis Septembris, & cæsi ſunt plus, quam XXXV millia Leodiensium per Hollandinos, & Burgundiones, & Bavaros. Commiſso bello pons in Leodio insolito aquarum impetu eſt everſus, quod quia incredibile erat poſse fieri, multi ex Leodiensibus propria virtute confidentes dixerunt: cum pons iſte infima ſua in ſuprema erexerit, Joannes electus noſtri dominabitur; quod & factum eſt, quamvis impossibile eſse videretur.

Stephanus Dux Bavariæ de Ingolstat, pater Ludovici Ducis, & Elisabeth Reginæ Franciæ, parvæ*), ſed proceræ ſtaturæ fuit, hic cum omnibus eſset liberalis, ab omnibus amabatur, denique cum Mediolani cum ſocero ſuo moraretur, & more Principum utriusque conditio inter eos trutinaretur, ipse ad tantam potentiam Principis, populique timorem, confidens de amore ſuorum dixit: Nos a noſtris in terra noſtra ſic honoramur, ut de noſtris nullum eſse credamus, quin per noctem in eius gremio ſecure quieſcere audeamus. Hic anno Domini MCCCCXIV obiit, in Monaſterio Schönfeld ſepultus.

Eliſa-

*) Hæc non concordant.

Eliſabeth Regina Franciæ Filia Stephani Ducis Bavariæ genuit Catharinam, quam Henricus Rex Angliæ duxit in uxorem; hic Henricus defuncto Carolo Rege Franciæ potenter Pariſios poſſedit invito Carolo, filio prædicti Caroli, qui ut Delphinus in regno Franciæ patri ſuccedere debebat.

Año Dñi MCCCCXXII. diſcordia Sæviſsima Principum Bavariæ, & quorundam aliorum, quæ plus quam per alterum dimidium annum per crebra incendia, rapinas, & obſidiones, caſtrorumque, & urbium expugnationes duraverat, per Sollicitudinem Sigismundi Regis Romanorum, & Brande Apoſtolicæ Sedis Legati ad certos annos pacificata eſt Ratisbonæ.

Año Dñi MCCCCXXX in die Epiphaniæ Domini Joannes Dux Bavariæ inferioris, comes Hollandiæ, Selandiæ, ac Dominus dominij Friſconiæ veneno (ut dicitur) a magiſtro curiæ infectus obiit ſine liberis, in Hollandia tumulatus. Quo defuncto domina Jacoba filia fratris ſui Wilhelmi Ducis Bavariæ, prædictas terras, ſcilicet Hollandiam, Selandiam &c. conabatur iterum poſſidere, ſed prævalens Philippus Dux Burgundiæ easdem terras potenter poſſedit. Ducatum vero inferioris Bavariæ (cujus capitalis civitas eſt Straubing) quatuor Principes, ſcilicet Ludovicus de Ingolſtadt, Erneſtus, & Wilhelmus de Monachio, & Henricus de Landshut inter ſe diviſerunt.

Ludovicus Dux Bavariæ, & comes Mortaniæ frater Eliſabethæ, Reginæ Franciæ, Dominam Annam ſororem Reginæ Cypri duxit in uxorem, de qua genuit filium, quem plures Ludovicum appellant; ipsa quoque Anna defuncta Pariſiis apud Prædicatores requieſcit.

Stephanus Dux Bavariæ inferioris de Landshut filius Ludovici Imperatoris habuit tres filios, Stephanum, Fridericum, & Joañem. Stephanus, & Fridericus duxerunt in uxores duas ſorores filias Domini Mediolanenſis (quem Weneeslaus Rex Romanorum creavit in Ducem) Stephanus genuit Ludovicum de Ingolſtat, & Dominam Eliſabetham Reginam Franciæ, habuit etiam filium nomine Joañem, qui XXV annis fuit Epiſcopus Ratisbonensis *). Fridericus vero genuit Henricum, & duas filias, videlicet Magdalenam, & Eliſabetham; hanc Eliſabetham Burggravius Norinbergensis duxit in uxorem, quem Sigismundus Rex Romanorum tempore Conſtantiensis concilij (quod cæpit MCCCCXIV, & tribus annis continuis duravit) in Marchionem Brandeburgensem creavit; Joañes autem frater prædictorum Ducum duxit uxorem de Gorzia, ex qua genuit Erneſtum, & Wilhelmum de Monachio, & Dominam Sophiam, uxorem Wenceslai Regis Romanorum.

Henricus filius Friderici Ducis, homo pacificus divitias, & honorem Ducum Bavariæ plurimum augens, duxit uxorem Eliſabetham, ſororem Alberti Regis Romanorum, & Ducis Auſtriæ, ex qua genuit Ludovicum Ducem inclitum, qui duxit uxorem filiam Ducis Saxoniæ (fæminam eminentiſsimæ prout tota Bavaria teſtatur, probitatis, ex qua genuit Ducem præclariſsimum Georgium, & filiam, quam Philippo illuſtri comiti Palatino Rheni in matrimonio copulavit.

Hic Ludovicus anno Dñi MCCCCLXXIX cum Summa ratione, & devotione diem clauſit extremum, in Saldental ſepultus, in die Priscæ Virginis.

*) Vid. HUND. *Metropol. I.* 140. *nov. Edit.*

Anno

Anno Dm̄i MCCCCLXXVI. Georgius Dux Bavariæ inferioris & Superioris duxit uxorem, filiam Regis Poloniæ; his nuptiis interfuerunt Fridericus Romanorum Imperator, & potiores Principes totius Alemaniæ circa feſtum Martini.

Philippus comes Palatinus hos habuit filios, Ludovicum, Rupertum, Philippum, Georgium, Fridericum, Albertum, Joañem.

(Ex fol. 34) Ottochar *) Marchio Styrensis filius Ottokari Marchionis genuit Ozi Marchionem, qui temporibus Henrici III Imperatoris pollebat, hic Ozi genuit Ottokarum Marchionem, qui temporibus Imperatorum Henrici IV & V inclitus fuit, & Salzburgensibus Archiepiſcopis Gebhardo, & Thiemoni, & Conrado jam ſenex viriliter aſsiſtens, eos in persecutionibus fovebat, qui & cum germano ſuo Adalberone controversiam habuit, donec idem Albero a miniſterialibus ſuis eſt occisus juxta Lulben. Idem Ottochar marchio accepit uxorem Elisabetham ſororem marchionis Auſtriæ Liupoldi, ejus videlicet, qui poſtea ſororem Henrici V imperatoris accepit; hac etenim cooperante prædictus Ottokar Marchio Garstense cœnobium fundavit, & genuit ex eadem filium fortem Liupoldum, obiit autem Ottokar marchio Senex, & plenus dierum anno Dm̄i MCXXII.

Liupoldus fortis patri ſuccedit, Rownenſe Monaſterium fundavit, tam de ſuis, quam de comitis Waldonis prædiis, &

 factus

*) Fragmentum iſtud genealogicum primus edidit cl. HANSIZIUS, germ. Sacrae II. 211. & 275. n. LIV. Iterum Julius Aquilinus CAESAR *Annall. Styriae* I. 106. merentur cum noſtro conferri,

factus eſt hæres Liupoldi Marchionis ex teſtamento poſſeſsionum, & miniſterialium voluntate Henrici Ducis de Eppenstein, duxit vero uxorem nobiliſsimam Sophiam ſororem Welfonis Ducis, & genuit ex ea Ottokarum Marchionem; obiit autem año Dñi MCXXIX.

Ottokar patri ſuo ſuccedens confortatus, & elevatus est. Nam præter alia plura trium Principum prædia munitiones, ac miniſteriales ei per teſtamentum accreverunt, ſcilicet O. Comitis de Naym*) & Bernardi comitis de Carinthia, qui amitam ipsius Kunegundem in conjugio habebat, ſed & Ekkeberti comitis de Püten filiæ **) amitæ ipsius. Instituit quoque duo cœnobia Voraviense canonicorum, & S. Joañis Charthusiensium; accepit etiam uxorem Kunegundem filiam Diepoldi Marchionis de Vohburg, & genuit ex ea Ottokarum primo marchionem, poſtea Ducem; defunctus eſt a͞o MCLXIV, Ottokarum filium relinquens hæredem.

Fridericus ***) Comes de Spanheim Germanus B. Hartwici Juvaviensis Archiepiſcopi, qui temporibus Imperatorum Ottonis tertij, & Henrici Babenbergensis claruerat, ex conjuge Richarda majoris Karinthiæ primo genuit Engelbertum comitem de Lavende, qui ſeniori fratri ſuo Sigefrido cedens, Karinthiam inhabitavit. Hic denique Engelbertus temporibus Imperatorum Henrici III, & Henrici IV, postea a filio expulsi, multa ſtrenue ſecit, & Gebhardum Salzburgensem Archiepiscopum propter Schisma a propria ſede expulſum ad Juvaviensem Metropolim reduxit. Sed cum Henrico Duce de Eppenſtein fre-

*) *Otto de portu Naonis.* **) Chunegundis, quae prima Vxor fuit Bertholdi III. Andecenſis. ***) Fragmentum iſtud genealogicum deſumtum videtur Chronico Auſtriaco *Thomae Eberndorferi ab Haſelbach* apud *Hieron.* PEZ Scriptor. Auſtr, Tom, II. col, 799.

frequens bellum, & durum habuit; miſit autem filium ſuum Engelbertum poſtea Ducem in partes Sueviæ ad venerabilem Hirsowensem abbatem, & ab eo fratres accipiens conſtruxit cœnobium S. Pauli, ubi mater ejus Eccleſiam ſupra ripam Luandi fluminis in caſtro ſuo exſtruxerat. Hic etiam Engelbertus Comes habuit ex conjuge ſua Hedwige quinque filios clariſſimos, ſcilicet Hartwicum Magdeburgensem Archiepiscopum, qui matrem in peregre eundo ad S. Jacobum defunctam, & Sponhemij ſepultam effodiens transtulit ad Lavende; item Henricum Ducem, quem Henricus Dux de Eppenſtein poſt diuturnam cum patre pueri controverſiam de ſacro fonte levavit, & hæredem in ducatu reliquit; item Engelbertum poſtea Ducem; & quartum Sigefridum patrem Sifridi comitis de Liwbenave & quintum Bernhardum comitem de Struchsin *). Prædicto denique Henrico Duce adoptivo Henrici Ducis de Eppenſtein filio absque hærede mortuo, Engelbertus prædictus frater ejus in Ducatu ſuccеſsit, & genuit quatuor filios, Udalricum postea Ducem, & Engelbertum Marchionem de Istria, & Craiburch, & Hartwicum poſtea Ratisbonensem Episcopum, & Rapotonem comitem, & duas filias, quæ in Francia a quibusdam Principibus traductæ multos Principes genuerunt, quorum eſt Rex Franciæ Philippus, ſed & filiam Alheidem Abbatiſſam Coſsensem.

Engelbertus largiſsimus Dux moriens Udalricum ſucceſsorem in Ducatu Karinthiæ reliquit, qui Ulricus duos genuit filios, Henricum, & Hermannum. **)

In orientali parte Bavariæ expulsis Hunnis hi comites ab Imperatore Carolo, & ejus ſucceſsoribus ſunt conſtituti: Geroldus, Gote-

*) Forte *Truchſen.* **) Iſtam Lavantinorum Carinthiae Ducum familiam illuſtravit Cl. FROELICHIUS in *Archontologia Carinthiae* P. II. cap. IV. pag. 58 & Tabula III, quam nonnihil emendatam & ſuppletam heic ſubjungere placet, quin eam omnino exactam ſpondeamus.

ram̃us, Werebarius, Albricus, Gotfridus, Geroldus, & poſt hos Duces Helinwinus, Albarius, Pado, & Duces Carinthiorum.

Henricus Marchio Auſtriæ (qui fuit tempore Henrici Imperatoris Babenbergensis, ſecundi huius nominis) privignum habuit Ernestum Ducem Alemanorum, cujus Ernesti viduam Giſilam ex antiquo Sanquine oriundam, Conradus poſtea Imperator (pater Henrici tertij) duxit uxorem; hujus Ernesti filii fuerunt Ernestus, & Hermanus, privigni prædicti Imperatoris Conradi, qui sibi in Ducatu Alemaniæ alter poſt alterum ſucceſſerunt, a quibus Duces de Zaringen originem habent. Prædictus Marchio Henricus (sub quo S. Colomanus a͂o Dm̃i MXII. eſt martyrizatus) genuit Adalbertum Marchionem fratrem ex matre præfati Ernesti Ducis Senioris. Qui Adalbertus cum filio ſuo Liupoldo eandem marchiam Orientalem Ungaris primo plene abſtulit, bello eis devictis, & occisis año Dn̄i MXLII sub Ottone *) Rege ipsorum. Poſt hoc a͂o Dm̃i MLVI Adalberto Marchione obeunte Ernestus filius ejus ſucceſsit, quia Liupoldus ſenior filius obierat; idem Ernestus poſt annos XIX occisus eſt in Saxonia in bello Henrici IV Imperatoris a͂o Dm̃i MLXXV. & Leopoldus filius ejus ſucceſsit; Hic Leopoldus cum Bavaris & Bohemis ad Maurepurgum dimicans a͂o Dm̃i MLXXXII poſt maximam ſtragem utrinque factam victus eſt; idem etiam Liupoldus Mellicense Cœnobium fundavit, & deceſsit a͂o MXCVI eique filius ſuus Liupoldus largus ſucceſsit, cui ob eximiam virtutem, & fortitudinem Henricus VI (V) imperator (qui contra patrem ſurrexerat) ſororem ſuam Agnetem viduam dedit uxorem quæ prius a patre imperatore copulata Friderico Duci Sueviæ genuerat Fridericum poſtea Ducem, patremque Friderici imperato-

*) *Ovo*, vel *Aba*, h. e. *Samuel*. vide KATONA Hiſtoria critica Regg. Hungariae Tom. I. 608. & 630.

ratoris, & Conradum poſtea Regem Romanorum); Liupoldus largus genuit ex ea Liupoldum poſtea Ducem Bavariæ & Adalbertum, & Henricum Ducem, & Conradum Salzburgensem poſtea Archiepiſcopum, & Ottonem Friſingensem Episcopum, & filias quatuor: Gertrudem Duciſsam Bohemiæ, & Bertham *) Duciſsam Polonorum, & Itam Marchioniſsam de monte ſerrato, & Bertham conjugem Præfecti Ratisbonensis. Fundavit autem prænotatus Marchio duo Cœnobia, unum ad Neuburg Canonicorum, & alterum ad S. Crucem Monachorum; obiit autem ao MCXXXVII cui filij ſui primo Liupoldus Dux, poſtea Henricus Dux ſucceſserunt. Henricus Dux ex Conjuge Theodora Græca genuit Liupoldum, & Henricum filios, & filias Agnetem, quæ primo Stephano Regi Ungarorum copulata, eo defuncto Hermaño Duci Carinthiæ eſt ſociata, qui ex ea genuit Ulricum Ducem Carinthiæ, Henrico Duce poſt multa virtutum, ac probitatum insignia defuncto, Leopoldus filius ſuccedit anno Dñi MCXXVII.

(Ex folio 37.) Anno Dñi MCCCCLXXXI. Feria tertia Pentecoſtes, quæ fuit XII mensis Junij infra primam, & ſecundam horam diei fuit tam vehemens, & impetuosa grando, qualis non fuit per multa tempora, ita ut proyceret in civitate Pataviensi lapides complures ad magnitudinem pugni, etiam cum dimidio in pondere unius libræ, interdum ultra; infinitos vero ad modum Ovorum; extra civitatem vero in pluribus locis multo majores lapides projecit.

(Ex folio 191.) Ao Dñi MCXCII. tota terra Bavarorum, Principibus ejus inter ſe diſsentientibus in omnibus fere ſuis finibus

*) *Agnes* dicenda, nupta *Wlaſlao*, Sileſiae Duci. CALLES *Annall. Auſtriae* I. 492.

bus incendiis vaſtatur; Nam Alberto comite de Pogen cum fratre ſuo *) Marchione de Noneberg, & Ludovico Duce Bavariæ, per auxilium Ottokari Ducis Bohemiæ belligerante, tota terra in ſuperioribus partibus igne ex parte Ducis, & Comitis populatur, multis viris, ac mulieribus cum parvulis captivis in Bohemiam abductis; poſtea vero in autumno Duce Leopoldo cum Duce Bertholdo Meraniæ, & universis fere Bavariæ, Styriæ, Carinthiæ, principibus, & nobilibus adversus comites de Ortenberg Rapotonem, & fratrem ejus Henricum arma movente, quidquid prius remanserat ex utrisque partibus, incendiis, & rapinis deperiit. Ottokar Dux Bohemiæ, eo, quod in auxilio comitis de Pogen adverſus Ducem Bavariæ de terra ſua egreſsus fuerat, ducatu ab Imperatore eijcitur, & loco ejus Pragensis Episcopus ſubſtituitur.

Ao Dmi MCXCV Leopoldus Dux Auſtriæ, & Styriæ, Natalem Domini in Graz celebrans in die Stephani militiam ſuperbe exercens, de equo cursitans corruit, & tertia die (Apoſtolico nondum reconciliatus) in magna tamen pœnitentia obiit, & per Wolfkerum Pataviensem Episcopum, & Legatos Alberti Salzburgensis Archiepiscopi a Papa Anathematis Solutionem, & ſepulturam promeruit.

Ao Dmi MCCII. Wolfkerus Pataviensis Episcopus auxilio Bavarici Ducis, præterea cum melioribus Styriæ, & Auſtriæ militibus Ortenbergenses Comites impetit; sed dum comites nimium de Regis Bohemiæ auxilio præsumentes, belli in principio aliquantulum remiſsius agerent, caſtrum ſuum Graben prædicti Epiſcopi obsidione amiſerunt; in ejus ſubversione trecenti fere

*) Bertholdo, comite de Naternberg.

fere homines vitam perdiderunt, nam dum mortis timore quidam eorum mortem evadere nituntur, vitam exuerunt ibi evidens Dei judicium, miserabilem rerum humanarum ſtatum, crudelia mortis ſpectacula videres, ibi matrem in ipsius uberibus parvulo inhærente naufragantem cerneres, ibi insuper inhumana persequentium crudelitate, & vere lamentabili morientium calamitate, etiamsi cor lapideum gerens ingemiſceres; ex utraque enim parte fluminis Oeni ſagittis, contis natantes insequuntur, ut si forte aliquis emergeret, caput emersi Lapidibus, vel contis denuo ſubmergeretur. Epiſcopus cæpit ædificare caſtrum in Obernberg.

(Ex fol. 193) Año Dm̃i MCCXII. in vigilia B. Andreæ Ecclesia Aspacensis per bella Manegoldi Pataviensis Episcopi flebiliter ſpoliata, & penitus exuſta eſt. Cujus rei eventum, qui plenius ſcire voluerit, per ſcripta infra notata, quæ Rapoto Presbyter, quem Abbas ſuus Henricus collectis per manus fidelium ad reparationem Ecclesiæ mittendis præfeceret, ut ad misericordiam legentes, & audientes provocarat, compunctive digeſserat, melius cognoscere poterit. („ Miseremini mei charitatis o filij, qui ſperatis in miſericordia Domini, miseremini, ut miserationibus Domini lætificemini; virga enim indignationis ſuæ tetigit me; plaga namque Crudeli percuſsa, & vulnere peſsimo ſauciata nullum dolori meo præter Xti, & membrorum ejus ſubsidio remedium reperio; locus enim meus in divino quondam cultu floribus, & monaſtico rigore fæcundus, ſed jam permiſsione Dei, cujus judicia abyſsus multa, in cinerem redactus, & filiis meis Deo ibi ſervientibus, quia in loco horroris, & vaſtæ ſolitudinis, fame, ſiti, frigore laborantibus, si non divina citius miseratio ſubvenerit, perpetuæ desolationi eſt proximus; igitur

tur ſuper plaga miſerabili, quæso, moveamini. Per controversiam namque Domini, & Patris mei Pataviensis Epiſcopi cum Ortenbergensibus funditus ſum deſtructa & in favillam redacta; Qui dum contra eos bellico apparatu procedere pararet, & Charpheym, quod loco meo contiguum exstitit, caſtra metari disponeret, fratres mei vicini belli timore perculſi pactionem pacis cum vexillo ab Episcopo receperant, sed fruſtra; nam deseruit mundum cum pietate fides Cum enim Comites de Pogen omni bellua crudeliores, & frænetici more furentes Epiſcopus in auxilio ſuo duceret, quidam ex Satellitibus militum præcurrentes, dominis e veſtigio ſequentibus, locum meum ſpe prædæ recuperare conati ſunt. Sed provinciales, quorum multitudo copiosa ſpe pacis promiſsæ cum equis & jumentis, & omni ſuppellectili ſuo ſub alas meas confugerat, duos, aut tres ex eisdem latronibus (abbate meo dum conatus eorum prohibere non valeret, intra majorem Ecclesiam ſe cum fratribus recludente) dum ſua diripi dolerent, occiderunt. Quo facto totus nefandorum furor, & belli motus in me conversus eſt; nam primo ædificia Sororum, quæ B. Michaelis oratorio conjuncta erant, ſuccenderunt, poſt hæc majorem Ecclesiam cum omnibus officinis ſibi adjacentibus vorax flam̃a consumpsit; & poſt hæc omnes villas, & curias meas depopulati ſunt. Quid plura; Flam̃a undique ſæviente, & in oratorio aliquibus fumo ſuffocatis, ecclesia enim in cunctis absidibus teſtudine obducta fuit, pluribus etiam igne im̃inente, turba ex Ecclesia fugiente, arcu hoſtium oppressis, miniſtri diaboli oratorium ingreſsi Deo, & hominibus ſpectaculum miſerabile præbuerunt; non enim aliquis barbarorum tyrañorum ſive de quibus in antiquis hiſtoriis legitur, in devictis hoſtibus crudelior extitiſse memoratur; legibus enim antiquis ſacerdotibus, Virginibus, ſenibus, pueris impu-

impuberibus in bello parci decretum fuerat, econverso autem iſti: non enim ætati, non ſexui, non conditioni, non Ordini parcentes, inhumana crudelitate craſsabantur; nam ſacerdotes, & Virgines, ac ſorores noſtras ante altare præ metu flam̃arum, ſive gladiorum proſtratas jacentes, primum cæde cruentantes veſtibus ita impudenter nudaverunt, ut nec pudendis (quod nefas, & pudor dictu) aliqua ſaltem tegimina relinquerent; Abbatem diutina infirmitate excoctum, & vix calicem præ debilitate manuum, & Corpus Domini collo obtentu pacis geſtantem eodem modo, quo & reliquos ſacerdotes veſtibus nudaverunt; præterea Scrinula cum Sctorum reliquiis de altaribus tollentes manibus pollutis ſcindentes, & reliquias disperserunt, ſimiliter & pixidi eburneæ cum corpore Domini fecerunt. Poſt hæc Ærarium Ecclesiæ irrumpentes univerſos calices noſtros cum miſsalibus libris, & veſtibus Ecclesiaſticis, cum omni ornamento Eccleſiaſtico, præterea quidcumque vel nos, vel qui nobis ſua com̃endaverunt, ibi habuimus, diripuerunt, omnes libros noſtros ſive in choro, vel ubicumque reconditi fuerant, cum omnibus monilibus abſtulerunt. plures de famulis noſtris occiderunt, vel manibus truncaverunt, vel vulneraverunt, ſorores noſtras, vel maritatas, quæ ignem evaſerant, captivas in caſtra abduxerunt. Omnes ergo Xtifideles, ſi deſtructione tanta Ecclesiæ, & casu ſat triſti pro Dei amore moveamini, & omnibus peccatis veſtris certiſsimam indulgentiam mercantes elemosynarum veſtrarum largitate, quatenus divinum apud nos ſervitium reformari poſsit, ſubvenite.

Año MCCXV. Manegoldus Pataviensis Episcopus, per cujus bellum Ecclesia Aspacensis deſtructa eſt, obiit, & Udalricum ejusdem Ecclesiæ Canonicum, & Ducis Auſtriæ Prothonota-

notarium poſt longam concertationem, & multum laborem ſucceſsorem habuit. Henricus etiam Abbas Aspacensis brevi poſt Epiſcopum ex hac vita deceſsit, in cujus loco Rapoto, frater ejusdem monaſterij professus, qui collectis præerat, inſtituitur, qui reparationi Ecclesiæ tam in ædificiis, quam obligatis redimendis, quantum potuit, ſolerter inſtitit.

(Ex fol. 22.) Anno Dñi DVIII. Gens Noricorum, & Bayoariorum Duce Theodone Romanis ejectis ad proprias ſedes revertuntur.

DXX. Romanus Populus apud Oetting a Theodone proſternitur.

DXXXVII. Theodo Dux Primus Bavarorum obiit, anno trigesimo post introitum Bavariæ, cui Udo filius ſuccedit.

DLXV. Udo ſecundus Dux Bajoariorum obiit anno vigesimo nono ſui Ducatus.

DLXVI. Theobaldus Dux Bavariæ Italiam intrans omnes Gottos ab Italia expulit.

DLXVII. Gerbaldus Rex cum filio ſuo Gundoaldo Ducatum Bojoariæ occupat.

DLXXX. Hildebertus Thassilonem Bavariæ præfecit, Gebaldo quodam, & filio ejus ejectis.

DXCVIII iterum Gebaldus regnum Bavariæ accepit.

DC. Autarius Rex Lombardorum Gerbaldi Regis filiam Theodelindam accepit uxorem.

DCVIII.

DCVIII. Hildebertus Rex Francorum Thaſſilonem Ducem Bavariæ conſtituit. Gerbaldo Rege Bavariæ, & filio ejus Gundoaldo, & Theodelinda ad Autarium Regem Longobardorum fugientibus.

DCXIII Theodo Dux regnat in Bavaria, quem S. Rupertus baptizavit.

DCL. Taſſilo Rex Bojoariorum jam centenarius obiit.

DCLI. Grimoaldus Dux Bojoariorum conſtituitur a Regibus Francorum.

DCXCVI. Theodo Dux Bavariæ per Reges Francorum præficitur.

DCCXVI. Theodo Dux Bavariæ Romam petiit.

DCCXVIII. Theodo Dux obiit, pro quo Theobaldus, & Grimoaldus filij ejus.

DCCXXIX. Grimoaldus Dux Bavariæ obiit, cui Hugbertus in Ducatu ſuccefsit

DCCXXXIX. Hugbertus Dux Bavariæ obiit, cui Udilo ſuccedit, qui tranſtulit Vivilonem Archiepiscopum de Laureaco in Pataviam.

DCCXLI Pipinus filius Caroli cum fratre Carolomano reges cum Udilone pugnaverunt, & vicerunt.

DCCXLII. Natus eſt Thaſſilo Dux.

DCCXLIII. Carolomanus, & Pipinus pugnaverunt iterum ad Lech cum Udilone.

DCCLVIII.

DCCXLVIII. Pipinus fratrem ſuum Griphonem expuſit de Bavaria, quam occupaverat, & Thaſsiloni proprio ſororio ducatum reſtituit.

DCCLVI. Thassilo Hominium Pipino Regi fecit.

DCCLXV. Udilo Dux Bavariæ, Pater Thassilonis ſimiliter Ducis Bavariæ obiit.

DCCLXVI. Pipinus Thassilonem Bavariæ præfecit, & ipse eodem anno obiit.

DCCLXXII. Thassilo Carinthiam ſubjecit, & Romæ filius ejus Theodo baptizatus eſt ab Adriano Papa.

DCCLXXVIII. Thassilo, & filius ejus Theodo conſtruxerunt monaſterium Kremsmünster in pago Trungen apud fluvium Chrembs in honorem S. Salvatoris & donationem confirmavit Carolus magnus Imperator ao 802. a flumine Chrembsa ibidem fluentis dictum, in partibus Bavariæ ſitum. Arnulphus etiam Imperator anno regni ejus primo indict. VI. ao 888. 2do nonas Jan. in Ratisbona sua civitate Regina confirmavit.

DCCLXXXVII Thassilo Dux Bavariæ fecit hominium Carolo, quem ipse Rex Poſtea detonsum, & cæcatum detrusit in monaſterium cum filio ſuo Dietone, & nota! quod detonso, & cæcato Thassilone regnum Bavariæ reges Francorum per ſeipsos longo tempore tenuerunt, id est XXIV annis.

DCCCXI. Bernhardus Rex Bavarorum a Carolo efficitur.

DCCCXV. Hlotarius Rex in Bavariam venit, & ibi regnat.

DCCCXVII. Bernhardus Rex Ludvico imperatore rebellat.

DCCCXVIII.

DCCCXVIII. Bernhardus Rex Bavariæ excæcatus interiit.

DCCCXXV. Ludovicus Imperator in Bavariam veniens regnat.

DCCCXXXIV. Ludovicus Imperator, & Rex Bavariæ judicio Episcoporum deponitur, & recluditur, & eodem anno relaxatus ab inclusorio, arma resumpsit, & regnavit.

DCCCXXXIX. Ludovicus Imperator, & Rex Bavariæ obiit, cui quatuor filij ſuccedunt. Iterum ceſsat regnum Bavariæ per LXVII años, & ſubjcitur imperio Francorum.

DCCCCV. Ludovicus propter insultum Hungarorum Dux Bavariæ efficitur, & ſeptem annis Ducatum Bavariæ tenens obiit.

DCCCCXI. Ludovicus Dux obiit, & eodem año Purchardus Bavarorum ſuccedens occiditur.

DCCCCXII. Chunradus Rex Bavariæ filius Conradi Principis Bavariæ regnavit annis VII. contra quem eodem año ſurgit maledicus Arnoldus Dux Bavariæ.

DCCCCXIV. Arnoldus Dux Bavariæ regi Conrado rebellans in Hungariam pellitur.

DCCCCXVI. Arnoldus Dux Bavariæ per Juvavium egressus, Ratisbonæ a Rege Conrado obsessus eſt.

DCCCCXVII. Purchardus Dux Bavariæ, & Alemañnorum conſtituitur.

DCCCCXVIII. Chunradus Dux Bavariæ obiit, ultimus Bavarorum; exhinc deficit regnum Bavariæ, & ſurgit Teutonicorum. Henricus comes ſaxo filius Ottonis rex efficitur.

DCCCCXXI.

DCCCCXXI. Henricus Rex, & Arnoldus Dux Bavariæ, maximus Eccleſiarum persecutor pacificantur; eodem año Arnoldus Dux Bavariæ in Bohemiam cum exercitu vadit.

DCCCCXXIX. Henricus Rex, & Arnoldus Dux Bavariæ Bohemos vincunt.

DCCCCXXXVI. Henricus Rex obiit, Otto magnus filius ejus ſuccedit.

DCCCCXXXVII. Arnoldus Dux ſubito obiit, percuſsus a Deo ob denudationem Eccleſiarum; Bertoldus frater ejus in ducatu ſuccedit eidem.

DCCCCXLVIII. Bertoldus Dux Bavariæ obiit, & Henricus frater regis Ottonis in ducatu Bavariæ ſuccedit.

DCCCCLI. Otto Rex Italiam per Bavaros ſubijcit, & Henricus Dux Bavariæ Hungaros aggreditur.

DCCCCLIV. Leutoldus Dux Ottoni Regi, patri ſuo rebellat, Henricum Ducem patruum ſuum de Bavaria expellit.

DCCCCLV. Hungari Bavariam vaſtant, ducente eos Ottone Schyrenſi comite, sed juxta Auguſtam ab Ottone Rege in die S. Laurentij victi, usque ad ſeptem omnes occiduntur.

DCCCCLVI. Heroldus Archiepiscopus a Duce Henrico Bavariæ, qui expulſus erat, apud Müldorf excæcatur; & ipse Dux eodem anno obiit, cui Henrico Duci alter Henricus ejus filius ſuccedit in ducatu, dictus Hezelo.

DCCCCXCI. Pilgrimo Episcopo decedente Altachensis Eccleſia ex Canonicis ſæcularibus fit monaſtica; & S Godehardus

ejus


ANNO.D.M.CCC.
LVI.XV.KL.FEBR.IN.CASTRO

ejus Primicerius fit ibidem monachus sub abbate Erchenberto, poſtea abbas illo decedente.

DCCCCXCV. Henricus Dux Bavariæ, qui & Hezelo filius Henrici ducis; qui Heroldum Archiepiſcopum excæcavit, obiit, cui alter Henricus filius ejus ſuccedit, & tertio anno moritur.

DCCCCXCVII. Henricus Dux Bavariæ hujus nominis quintus obiit, cui Henricus alius filius Hezelonis in Ducatu Bavariæ ſuccedit, qui Eccleſiam Bamberg fundavit.

MI. Otto Imperator in Italia obiit, Henricus Dux Bavariæ ſuccedit, patre Hezelone natus.

MII. Henricus frater S. Kunegundis Imperatricis fit Dux Bavariæ.

MXXVI. Henricus frater S. Kunegundis Dux Bavariæ obiit, Henricus filius ejus ſuccedit.

MXLVIII. Henricus Dux Bavariæ filius fratris S. Kunegundis año XXIII ſui Ducatus a ſuis consiliariis ſtrangulatur. Otto Dux Bavariæ sibi ſuccedit.

MXLIX. Chunradus, qui & Chuno Dux fit Bavariæ, quem Otto Dux Bavariæ interfecit.

MLXX. Otto Dux Bavariæ Regi Henrico rebellat.

MLXXI. Welfo fit Dux Bavariæ, Ottone Duce expulso.

MLXXIII. Wello Bavariæ, Rudolphus Sueviæ, Bertholdus Karinthiæ Duces conjurant adversus Regem Henricum.

MCXIX. Welfo Dux Bavaviæ quinquageſimo anno ſui ducatus obiit, Henricus ejus frater ſuccedit.

MCXXVII. Henricus obiit, Henricus filius ei ſuccedit.

MCXXXIX. Henricus Dux obiit, Fridericus ei ſuccedit.

MCXLVII. Fridericus Dux Bavariæ obiit, cui Henricus Dux Saxoniæ ſuccedit.

MCLXXX. Henricus Dux Bavariæ XXXIV anno Ducatus ſui ab Imperatore Friderico eijcitur, & Otto Palatinus Schyrensis ei ſubſtituitur.

MCLXXXIII. Otto Dux Bavariæ obiit, Ludovicus filius ei ſuccedit.

MCCXXXI. Ludovicus Dux Bavariæ XXXIV a͞o Ducatus ſui præsente familia ſua a quodam ignoto cultro percuſsus apud Chelhaym obiit, cui ſucceſsit filius ejus Otto.

MCCXXXIV. Otto Dux Bavariæ ſuper monaſterium Fornpach repente irruens, multos proſcriptos, qui ſe in eodem monaſterio, ejectis monachis, receperant, comprehendit, quorum quosdam ſuspendi, alios capite plecti juſsit.

MCCLIII. Otto Dux Bavariæ obiit, relinquens duos filios Ludovicum Comitem Palatinum Rheni, & Henricum Ducem Bavariæ.

MCCXC. Henricus Dux Bavariæ obiit, relinquens tres filios, Ottonem, Ludovicum, & Stephanum. Eodem a͞no obiit Rex Hungariæ absque hæredibus.

MCCCIX. Stephanus Dux Bavariæ obiit, cui ſucceſsit Otto frater ſuus, qui Stephanus reliquit duos filios Henricum, & Ottonem.

MCCCXII. Otto Dux Bavariæ obiit, qui fuerat coronatus in Regem Hungariæ, relinquens unum filium Henricum.

MCCCXXXIV. Henricus Dux Bavariæ obiit filius Ottonis regis Hungariæ, & Ducis Bavariæ, nullum relinquens hæredem.

MCCCXXXVI.

MCCCXXXVI. Otto Dux Bavariæ filius ſupradicti Stephani Ducis Bavariæ obiit nullum relinquens hæredem, Landishutæ ſepultus.

MCCCXXXIX. Henricus Dux Bavariæ frater jam dicti Ottonis obiit, & Landishutæ ſepelitur.

MCCCXXXIX. Henricus Dux Bavariæ frater jam dicti Ottonis obiit, & Landishutæ ſepelitur, relinquens unum filium Joañem.

(Ex 2. parte. folio 1*mo.*) Anno Dñi MCCCXLVIII. Ludovicus filius Ludovici Imperatoris defuncti cum fautoribus ſuis, ſcilicet Palatinis Rheni, nepotibus dicti Imperatoris, & Henrico Archiepiſcopo, quem Papa depoſuit, & juniore Duce Saxoniæ, ad quem, ut aſſeritur, electio Regis Romanorum pertinebat, in odium Caroli, quem Papa Clemens, eligi in Regem procurabat, elegerunt in Regem Romanorum Generoſum Comitem Guntherum de Schwartzburg, quem receperunt civitates in Weſtphalia, ſcilicet Franckfurt, Fridberg, Wepfler, Gailhauſen, Nürnberg: Sed Carolum pro Rege habuerunt civitates per Rhænum, a Baſilea usque Coloniam, & in Suevia fere omnes: conſiderans itaque Carolus, quod nequaquam potenter, & pacifice valeret Regnum poſſidere, niſi ſe concordaret cum Ludovico Marchione Brandenburgenſi, & cum ſuis germanis, etiam cum Patruelibus ſuis Palatininis Rheni, etiam cum Gunthero comite Regni invaſore. Quapropter infeudavit Ludovicum, & ſuos fratres de Ducatu Bavariæ, & Ducatu Carinthiæ, & Marchionatu Brandenburgenſi, quem tamen ipſe Ludovicus mirabili infortunio fere totum perdidit infra dimidij anni ſpatium, veniente quodam ignoto omnibus, & conteſtante, ſe eſſe Volk-

marum filium Marchionis de Brandenburg, & ſe exulaſſe XXXVI. annis. Nefas maximum, & ridiculosa deceptio fuit iſta. Reddidit quoque Carolus Palatinis Rheni quandam terram in Rinchovia (vulgo in dem Ringelberg) gratis, quam Avus ipsorum obligaverat Epiſcopo trevirenſi. Item Gunthero comiti dedit ad Dies vitæ ſuæ terram opulentam, ſcilicet Lusatiam; eidem etiam dedit ſex millia marcarum argenti, & ſatisfecit ei de omnibus expensis, quas fecerat pro regno habendo; insuper promisit procurare a Papa excom̃unicationis absolutionem Ludovico Imperatori defuncto, ac hæredibus suis, & adjutoribus universis. Sic Carolus cum ſingulis ſibi adversantibus complanatus regnum obtinuit.

Año Dm̃i MCCCXLIX. Mortalitas magna fuit quasi per totum orbem, ob quam Clemens Papa inſtituit Miſsam pro peſtilentia, ſcilicet Recordare Domine. Eodem anno multi nobiles, & ignobiles in Alemania congregati turmatim terram circuibant ſeipsos usque ad femoralia denudantes, & duris plagis usque ad ſanquinis effusionem ſe flagellantes, de quorum pœnitentia diverſi diversa ſenserunt; sed poſtea exterminati & excom̃unicati sunt. Hi pœnitentes dicebantur,

SYNO-

SYNODUS AUGUSTANA.

MONITUM.

Synodos plures ab Auguſtanis Epiſcopis celebratas, ſuis Annis annotarunt *Carolus* STENGELIUS in *Comentario Rerum Auguſtanarum*, *& Corbinianus* KHAMM in *Hierarchia Auguſtana* P. I. quarum tamen geſta illos, ut & Viros clariſſimos SCHANNATUM & HARZHEMIUM Conciliorum germaniae Editores, ut plurimum latuiſſe videntur.

Melior nobis ſors arriſit, qui ex ſcriniis Academiae noſtrae publici nunc iuris facere valemus Conſtitutiones integras dioeceſanae ſynodi a Petro Epiſcopo, & S. R. E. Cardinale An. MCCCCLII in Eccleſia ſua cathedrali celebratae, de qua STENGELIUS *p* 243 „Celebravit VII Synodum Auguſtae in Eccleſia cathedrali die XIV Maij“ Addit KHAMMIUS *p.* 282 „noſtris annalibus ſolennitatem & acta non exprimentibus.“

Nulli igitur dubitamus, quin anecdota demus Acta ſynodalia, ipſis Auguſtanis hactenus ignorata, aut inter pulueres ſepulta. Proferimus autem ex Charta in folio, coeua manu exarata, aequis Rerum cenſoribus eo pluris facienda, quod in illis innouentur ſtatuta duarum ſynodorum, quas FRIDERICUS An. MCCCXXI & BURCHARDUS Epiſcopi Auguſtani A. MCCCLXXVII in Aede ſumma celebrauerant hactenus pariter ſolo nomine &, Anno citatis Teſtibus notas.

In

In eadem hac noſtra ſynodo promulgata quoque fuerunt ſtatuta Concilii prouincialis *Moguntini* Anno praecedente MCCCCLI. coacti, quod in celeberrimo opere *l'Art de verifier les dates* ſub Articulo *Chronologie des Conciles*, vix condonando errore ad Annum 1441 refertur, ibidemque notatur, promulgatam in eo fuiſſe Bullam NICOLAI V. Anno demum 1447 ad ſummam ſedem promoti.

In collectione *conciliorum Germaniae Tom. V. p.* 398. haec ipſa quidem ſtatuta *Moguntina* proſtant ex LUNCGII *Spicilegio eccleſiaſtico* & Editione *Hagenovienſi* de an. 1512. deſumta, quae tamen conferre expediret cum Codice ante An. 1500 inpreſſo, qui exſtat in ampliſſima Bibliotheca ciuitatis imperialis *Ratisbonenſis* ſub Titulo: *Statuta prouincialia vetera & noua - finiunt prouincialia moguntina noua*: quae inter & iſta continentur de anno 1451. uti notauit Cl. D. *Gemeiner* in *Nachrichten von den in der Regenſpurgiſchen Stadt - Bibliothek merkwurdigen Buchern aus dem XVten Jahrhundert. p.* 277 N. 287.

Etſi autem hinc inde quaedam differentiae in noſtro manuſcripto ab Edito *Harzhemiano*, praeſertim quoad titulos Statutorum occurrant, & nonnulla etiam deſiderentur, ea tamen tanti non videbantur, ut ſingularem heic obſeruationem mererentur.

Siſtunt praeterea haec Acta ſynodalia in limine ſtatum integrum dioeceſis *Auguſtanae* monaſticum, cuiusmodi ante Religionis in germania mutationem obtinuit, unacum Capitulis Ruralibus: quem ſi quis cum hodierno conferre voluerit, diuerſitatem haut modicam animaduertet.

Adeo Monumenta noſtra non Ciuibus ſolum Bojis, qui olim *Neoburgenſi*, nunc *Auguſtano* Epiſcopo in Sacris ſubſunt, ſed etiam Exteris nonnulli Vſui eſſe poterunt, quod ex Tomis prioribus iam abunde conſtat.

Prelati

Prelati in Ciuitate.

Abbas Sanctorum Vdalrici & Afræ.
Prepoſitus Sancte Crucis.
Prepoſitus Sancti Georii.
Abbatiſſa Sancti Stephani.

Prelati in Sueuia.

Abbas in ffuſſen.
Abbas in ottebeurn.
Abbas in Vrſſen.
Abbas in ffultebach.
Prepoſitus in Wettenhuſen.
Abbatiſſa in ottelſtetten.
Magiſtra in Ligno (*Holzen*)
Pricratus in Weihenburg.

Prelati in Bauaria.

Abbas Benedictenbeurn.
Abbas in Thierhaubten.
Abbas in Wiſſiſbrun.
Prepoſitus in Dyeſſen.
Prepoſitus in Bollingen.
Prepoſitus in Bernried.
Abbas montis ſancti in Andechs.
Abbas in Nuiburg.
Abbas in Hohenwart.
Abbatiſſa in Kuibach.
Capitulum in Hewbach.

Prelati in Retia.

Abbas in Werden.
Abbas in Tekingen.
Abbas in Nerifham.
Abbas in Ahauſen.
Abbas in Lorch.
Abbas in Elchingen.
Abbas in Ethembrun.
Prepoſitus in Rot.
Prepoſitus in Herbrechtingen.
Abbatiſſa in Liedfham.
Capitulum in ffeuchtwangen.

Exempti Prelati.

Abbas in Ceſaria.
Abbas in Kunigsbrun.
Abbas in Aurſperg.
Abbas in Rockenburg.
Abbas in Staingaden.
Abbas in Elwangen.
Abbatiſſa in Schönfeld ſuperiori.
Abbatiſſa in Schönfeld inferiori.
Abbatiſſa in Zymmern.
Abbatiſſa in Kvrchham.
Prior Cartuſien. in Orto Xri.
Prior Cartuſien. Burchſach.
Preceptor S. Antonii in Memmingen.
Commendator in Blumenthal.
Commendator in Werden.
Commendator in Otingen.
Commendator in Kapfenburg.
Medingen.
Medlingen.
Conuentus Sororum in Lauginge
Conuentus Sororum in Bewrn.
Conuentus Sororum in Kloſterbeurn prope Memingen.
Cella dei prope gaundiam.

Moniales in Auguſta.

Ad Sanctam Catharinam,
ad Sanctam Margaretham,
ad Sanctum Nicolaum,
ad Sanctum Martinum,
ad Sanctum Vrſulam,
ad Stellam,
ad Harburck.

Capitula Ruralia.

In Sueuia.

ffuſſen.
Memmingen.
Beuren.

Schongaw.
Wertach.
Mundelhaim.
Eringen.
Schlingen.
Kirchaim.
Aicham.
ffulham.
Leibham.
Thainhauſen.
Horgan.
oberdorff.
Munſter.

In Bauaria.

Weilhaim.
Berchtingen.
Landſperg.
Yriſſingen.
Winckel.
ffridburg.
Kuibach.
Hohenried pfaffenhouen.
Hauſen Nuiburg.
Lechgmunde.

In Retia.

Staw.
Dillingen.
Hochſtet.
Neriſham.
Gyengen.
Tottingen.
Mecklingen.
Gemunda.
Awlon (*Aaalen*).
Dinckelſpuel.
Mayngen oting.
Holzkirch Nördling.
ffrunhouen Werd.

Mendicantes.

Conuentus in Auguſta Conuentus in Gamundia	}	Predicatorum.
Conuentus in Auguſta Conuentus in Nördlengen Conuentus in Gamundia	}	Minorum.
Conuentus in Memingen Conuentus in Mundelhaim Conuentus in Laugingen	}	S. Auguſtini Heremitarum.
Conuentus in Auguſta Conuentus in Nördlingen Conuentus in Dinckelſpuel	}	Carmelitarum.

Tabula

Tabula Statutorum Synodalium.

Dyoceſis Auguſtenſis.

De Habitu Clericorum I.
De confabulacionibus in Eccleſia uitandis II.
Ne Clerici tempore diuinorum vagentur in Eccleſiis III.
Ne Clerici aliquem diffident ſeu etiam haſtiludent IV.
De Clericis ordinandis V.
De Clericis ignotis non admittendis VI.
De Prebendis diminutis reintegrandis VII.
Ne in Vicariis conferendis committatur Symonia VIII.
Vt Sacerdotes nimis rudes ab eccleſiis remoueantur IX.
De incontinencia Clericorum X.
Vt Rectores eccleſiarum de yncontinencia ſuorum Vicariorum diligenter inquirant XI.
De Capellanis XII.
Vt ſolus Sacerdos miſſam non celebret XIII.
Vt oramenta eccleſiaſtica munda ſeruentur XIV.
De rebus eccleſie non alienandis XV.
De occupantibus bona eccleſiarum XVI.
Quod Clerici non recipiant Laycos defenſores XVII.
Vt res Laycorum prophane in eccleſiis non admittantur XVIII.
De alienis ſubditis non admittendis ad diuina XIX.
De Vſurariis & ſuſpenſis ad ſepulturam non admittendis XX.
De pena Clericorum Vſurariorum XXI.
Vt nullus Clericus iuret in curia ſeculari XXII.
Vt Clerici tabernas vitent XXIII.
De ſcolaribus vagis reprobandis XXIV.
De collacione Sacramentorum XXV.
De confeſſionibus audiendis XXVI.

Vt quilibet Chriſtianus ſemel in anno confiteatur XXVII.
Caſus in quibus ſimplices Sacerdotes non poſsunt abſoluere XXVIII.
De Queſtionariis XXIX.
Ne quis Sacerdos de cauſis matrimonialibus cognoſcat XXX.
De Leproſis per Sacerdotes non judicandis XXXI.
De obſeruacione interdicti XXXII.
Ne quis exequatur ſentencias delegatorum XXXIII.
Judicium extraneorum ſentencie & mandata quomodo exequenda ſunt XXXIV.
De Sacerdotibus ſuſpenſis excommunicatis & interdictis celebrantibus XXXV.
De Laycis qui tempore interdicti tumulant corpora mortuorum XXXVI.
De Captiuatoribus Clericorum XXXVII.
Ne Clerici ad iudicia ſecularia trahantur XXXVIII.
Vt fideliter mandata iudicum exequantur XXXIX.
Vt habeatur copia preſencium ſtatutorum XL.
Articuli per Decanos iurandi.

SYNO-

SYNODUS AUGUSTANA.

PETRUS dei & apoſtolice ſedis gracia Epiſcopus Auguſtenſis. Vniuerſis & ſingulis Eccleſiarum prelatis, Rectoribus, Decanis, Plebanis parochialibus, Sacerdotibus nec non Clericis quibuscunque per ciuitates & diocesin noſtras *Auguſten* ubilibet conſtitutis Salutem in Domino & repetite Lectionis noticiam & obſeruanciam inconuulſam.

Ad honorem omnipotentis dei, glorioſiſſime Virginis Matris eius Sanctorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, beatique Vdalrici patroni noſtri, & omnium Sanctorum, pro communi eccleſie Cleri ciuitatum & dioceſis noſtre utilitate, Veſtigiis predeceſſorum noſtrorum inherentes, Statuta, ſynodalia ſiue dyoceſana, e quibus Prelati Sacerdotes & Clerici, per dioceſin noſtram a Deo conſtituti, quomodo voluntatem domini ad implere, per bonamque conuerſacionem ſe oſtendere debeant, qualiter alios

alios & ipſis commiſsos in domo DEI conuerſari oporteat, informari & inſtrui poſſint, edere cupientes, ſtatuta infra ſcripta, quorum quedam ex ſtatutis prouincialibus *Moguntine* ſedis, quedam vero ex ſtatutis ſynodalibus, a Reuerendis in Xo Patribus felicis recordacionis FRIDERICO & BURCHARDO Epiſcopis Auguſtenſibus predeceſſoribus noſtris recepimus, mandamus ab omnibus ſubiectis nobis tanquam ſynodalia inuiolabiliter obſeruari, in quibus multa pro communi utilitate & honeſtate clericorum atque animarum ſalutem, precepta canonica valde neceſſaria contineri dignoſcuntur, Ex quorum neglecta obmiſſione euidenter cognoſcimus, & experientia didicimus innumerabiles errores tam in Clericis quam in Laicis, noſtre iurisdictioni ſubiectis, ſaltem in ſpiritualibus magna & grauia ſcandala exoriri. Vnde ex debito noſtri paſtoralis officii, huiusmodi periculoſum defectum, ſollicitudinis ſtudio, pro ſubditorum noſtrorum remedio, commodo, & proſperitate emendare duximus, & poſſetenus remouere. Idcirco de noſtri capituli conſenſu, & iuriſperitorum conſilio firmiter & ſtricte in virtute ſancte obediencie precipimus & mandamus, quatenus vniuerſi ſupradicti eccleſiarum prelati, Rectores, Decani, Plebani, nec non clerici quicunque per ciuitates, & dioceſin noſtram conſtituti infra ſcriptas conſtitutiones & ſtatuta, quas cum bona & matura deliberacione collectas & examinatas, vobis in preſenti tranſmittimus, prompto affectu ſuſcipiatis, easque de cetero & inantea diligenter cuſtodientes ſtudeatis ſub pena inibi contenta inuiolabiliter obſeruare, ne per illarum tranſgreſſionem diuinam principaliter & poſtea noſtram indignacionem atque penam pertinaciter incurratis, ſubiicientes tenorem eorundem, qui noſcitur eſse talis.

De

I. De Habitu Clericorum.

Quoniam qui abiectis veſtibus proprio congruentibus ordini alias aſſumere & eas publice, racionabili cauſſa ceſſante, deferre preſumit, profeſſorum ordinis illius prerogatiuis, iuxta canonicas ſe reddit indignum. Ideo preſenti conſtitutione ſancimus, ut clerici per ciuitates & opida, & preſertim in eccleſiis veſtes longas, & ſtatui clericali decentes deferre debeant, & teneantur non ſericeas ab extra variatas, nec diuiſatas, nec deſuper ab extra cum plicaturis foderatas manicis ſtrictis, & aliis decentibus vtantur. Non ferant calceos ſiue ſotulares inhoneſtos aut indecentes, non conſuticios extra talum. Itinerantibus autem ex cauſſa breuioribus veſtibus uti licet. Tranſgreſſores a diſtribucionibus cum corpore prebende per unum menſem nouerint ſe fore ſuſpenſos, & ut premiſſa inuiolabiliter obſeruentur, mandamus ſub ſimili pena eccleſiarum decanis, vel eorum loca tenentibus, ſeu hiis ad quos de iure vel conſuetudine correctio ſpectare dignoſcitur, quatenus cum effectu inhibeant, officiatis eccleſiarum, ne de diſtributionibus & corporibus prebendarum, huiusmodi tranſgreſſoribus aliquid miniſtrent vel aſſignent. Per premiſſa tamen in CLEMENTINAE *Quoniam de vita & honeſtate Clericorum* &c. nec non ordinationi concilii *conſtant.* & aliis iuribus. que de indecencia veſtium Clericorum tractant, non contendimus derogare, ſed potius eas & ea in ſuo robore volumus permanere.

II. Vt Clericorum Mores, & actus eorum in melius reformentur, honeſte viuere ſtudeant vniuerſaliter. Decet igitur vnumquemque eorum coronam & tonſuram ſuo ordini ſtatui & dignitati conuenientem deferre iuxta canonicas ſanciones. Sunt tamen

tamen nonnulli contemptores ſanxionum huiusmodi, ſtatuimus, & decreuimus Tranſgreſſores huiusmodi ſimili pene, vt premittitur, ſubiacere. Quoniam valde & res peſſimi exempli, vt tempore, quo diuina celebrantur officia, canonici, vel alii Clerici ad diuinum Cultum deputati, qui deuotiſſime pſalmodie deberent intendere, confabulantur, aliaque inter ſe habent colloquia, ad diuinum Cultum minime ſpectancia, ſtatuimus, & ordinauimus, de fratrum noſtrorum concilio, vt dicti Canonici, & clerici, qui tempore diuinorum inter ſe colloquia huiusmodi, ſeu confabulaciones in choro habuerint, a preſenciis, & prebendarum, ſeu beneficiorum ſuorum Corporibus per vnum diem irremiſſibiliter ſint ſuſpenſi, & alias ad arbitrium, aut eius, ad quem ſpectat eorum correccio, puniantur. Qui ſi negligentes fuerint in huiusmodi correccione, eidem ſe nouerint pene ſubiacere.

III. Inſuper inhibemus, ne de cetero Canonici vel Clerici tempore diuinorum per eccleſiam cum laicis ſpaciari, vel deambulare preſumant, quod ſi contrarium fecerint, preſenciis & beneficiorum, ſeu prebendarum Corporibus vnius diei careant irremiſſibiliter, & alias ad arbitrium Decani vel eius, ad quem ſpectat eorum correccio, puniantur. Qui ſi in his correccionibus fuerint negligentes, eidem pene ſe nouerint, ſubiacere.

IV. Statuimus & ordinauimus, ut Clerici Jurisdiccionem epiſcopalem non habentes, Guerris ſe non immiſceant, nec aliquam eccleſiaſticam vel ſecularem perſonam hoſtili more diffident, niſi pro eccleſia ſua, & de ſuperioris ſui licencia, ſub pena priuacionis beneficiorum ſuorum, quam, ſi canonice moniti non deſtiterint, eos incurrere volumus ipſo facto. Eidem pene quoscun-

cunque clericos beneficiatos, haſtiludentes vel tornomentantes, ſimiliter decernimus ſubiacere. Nullus eciam clericus in ſacris conſtitutus aut beneficiatus publice chorizare vel ad taxillos ludere preſumat, alioquin per ſuum Superiorem grauiter puniatur.

V. Inſuper ſtatuimus, quod nullus deinceps ad ſacros ordines admittatur, niſi diligenter examinatus ſufficientis ſciencie, legitime etatis, & honeſtarum Conuerſacionis & morum ſaltem teſtimonio duorum proborum virorum aut potencium litterarum Prelati Archipreſbiteri, vel ruralis Archipreſbiteri, vel Decani fuerit inuentus, preſertim ſi ordinandi alias ſunt ignoti, alioquin ordinans a collacione ordinum per annum integrum ſit ſuſpenſus.

VI. De non admittendis perſonis extraneis, & ignotis.

Verum quia interdum perſone ignote, de quarum vita moribus, & conuerſacionibus, nec non aliis circumſtantiis certa noticia non habetur ad eccleſiarum regimen vndecunque ſuperveniunt tanquam Vicarii ſine difficultate qualibet per noſtram dioceſin admittuntur, quidam eciam in vno decanatu noſtre dioceſis reprobati, in alio latenter ſe ingerunt, & intendunt, qui non ſolum negligunt curam animarum imo interdum prauo ſue opinionis exemplo commiſſam ſibi plebem inficiunt, & corrumpunt; Vobis Decanis, & Camerariis vniuerſis diſtricte precipiendo mandamus, vt nullum de cetero ad veſtre fraternitatis conſorcium admittatis, niſi ſuper recepcione ſua litteras ſuas vobis exhibeat ſpeciales, & niſi veraciter vobis conſtat, quod alias eiectus pro ſuis exceſſibus non fuerit, & repulſus.

VII. De prebendis diminutis reintegrandis & que nimis tenues fuerint augmentandis.

Preterea licet hii, qui altari ſeruiunt, viuere debeant de altari, ſunt tamen nonnulli modum auaricie non ponentes, qui prebendas Vicariorum de anno ad annum adtenuant, diminuunt, & detruncant in tantum, vt cuſtodes pecorum in quibusdam locis (quod verecundum eſt dicere) preferantur animarum paſtoribus in mercede: Quia igitur ſcriptum eſt, *non alligabis os bouis triturantis*, Vobis Decanis, Camerariis in virtute ſanćte obediencie, & ſub pena ſuſpenſionis ab officio veſtro firmiter precipiendo mandamus, quatenus prebendas, ab antiquo inſtitutas, quacunque occaſione ipſas inueneritis diminutas, reintegrare, & reintegrari, ſeu ad priſtinum ſtatum reduci, ſine quolibet obſtaculo procuretis, que ſi ab inicio ſeu exordio ſue inſtitutionis nimis tenues fuerint & exiles; ſic eas inſtitui volumus, vt perſonas, que eis deſeruiunt, epiſcopalia iura perſoluere, hoſpitalitatem ſeruare, & cōmode valeant ſuſtentari.

VIII. Ne in Vicariis conferendis comittatur Symonia.

Licet omne datum optimum a Deo patre luminum ſit deſcendens, quidam tamen Rećtores eccleſiarum beneficium eccleſiaſticum a Deo deſcendens, gratis inquam acceptum, pro nummario vendere non verentes, Vicarios in eccleſiis ſuis vel non admittunt vel malicioſe impediunt, donec exinde emolumenti aliquid, vel muneris aſſequantur: Hinc eſt, quod peſtem huiuſmodi ſimoniace prauitatis radicitus extirpare volentes, in hac ſynodali conſtitucione perpetuo valitura decernimus, vt quicunque Rećtor eccleſie, vel prelatus ſecularis, aut religioſus vica-

vicarium in eccleſia ſua perpetuum repreſentauerit, nihil ab eo pecunie vel emolumenti cuiuslibet percipiet, nihil commodati vel penſionis, vel mutui anticipandi nomine, vel quocunque exquiſito colore exigat, aut requirat, Alioquin tam dantes, quam accipientes ipſo facto ſentenciam excommunicacionis incurrant, Et Vicarius ipſe ſic turpiter ingreſſus, nullo vnquam tempore obtineat eciam poſt penitenciam quantumcunque peractam, nec Rector ipſe, qui Vicariam ſuam ſic venundauerit, poſt penitenciam, & ſatiſfactionem condignam a nullo alio abſoluatur, quam per nos, vel cui ſpecialiter abſolutionem duxerimus committendam. Id ipſum ſtatuimus eciam de eo, qui Sacerdotem alium in vicaria ſua quocunque modo vel forma ſupplantauerit, vt in ipſam vicariam, ad quam ſic turpiter aſpirauerit, nullo vnquam tempore admittatur, & ſentenciam excommunicacionis incurrat ipſo facto, vt iam cum caſu proximo ſuperius eſt expreſſum.

IV. Vt Sacerdotes nimis rudes ab eccleſiis remoueantur.

Item cum inter alia iuxta canonicas ſancciones literarum ſciencia ipſis Sacerdotibus pro regimine animarum & diuini execucione officii ſit quam plurimum oportuna, ſunt tamen nonnulli Clerici rudes & ignari, qui cum ſe ipſos regere neſciant aliorum ſibi aſſumunt gubernacionem. Volumus, & mandamus diſtricte, vt vos Decani, & Camerarii, ſi quos in veſtris Decanatibus tales habueritis, qui propter defectum ſciencie inhabiles, & inſufficientes fuerint, quo ad explendum officium diuinum & regimen animarum, ſi Vicarii fuerint, ab eccleſiarum ſeu animarum regimine deſiſtant, ſollicite moneatis, alioquin ipſos remouendos frequenter auribus noſtris deferatis. Ne ſi forte cecus ceco ducatum preſtiterit, ambo in foueam dilabantur.

X. De incontinencia Clericorum.

Lex continencie vigere debet in miniſtris altaris, vt ſancti ſint, quoniam *omnis ponderatio non eſt digna continentis anime.* Hinc eſt, quod ius commune in publicam noticiam cupimus peruenire. Sciant igitur cuncti, quod omnes miniſtri altaris, qui tenent notorie concubinas, quocunque colore queſito, ſunt, ab officio, & ordine ſuo ſuſpenſi & ſi abſolucionis beneficio pretermiſſo in ſuo miniſtrauerint officio ſicut prius, vel ſi ad quoſcunque ordines fuerint promoti, irregularitatis laqueo ſe inuoluunt, a quo non poſſunt niſi per ſedem apoſtolicam liberari, nihilominus beneficiis ſuis ſingulis ſpoliandi. Statuimus nichilominus, & ordinauimus, ut clerici concubinas in ſua habitatione vel alias notorie tenentes aut nutrientes, omnibus prouentibus beneficiorum ſuorum ipſo facto per vnius anni ſpatium priuati, & ſi poſtea nominatim moniti non deſtiterint, ipſos decernimus ipſo facto ſuis beneficiis eſſe priuatos. Clerici vero in ſacris conſtituti non beneficiati, premiſſa perpetrantes, ſi canonice & nominatim moniti non deſtiterint ipſo facto inhabiles reddantur ad beneficia eccleſiaſtica regenda, vel eciam conſequenda, donec per ordinarium eorum cum eis legitimo fuerit diſpenſatum. Quis enim locus tutus eſt, ſi nephanda temeritas contractare pollutis manibus tocius ſanctitatis auctorem temere non reformidat?

XI. Vt Rectores eccleſiarum de ydoneitate ſuorum Vicariorum diligenter inquirant.

Preterea, quia error, cui non reſiſtitur, approbatur, quia eciam conſencientes & facientes pari pena ſcripture teſtimonio ſunt plectendi, ſtatuimus, & in virtute ſancte obedien-

cie

cie precipiendo mandamus diſtricte, vt vniuerſi Rectores ſeu paſtores eccleſiarum, qui ex cauſa racionabili reſideneiam habere non poſſunt, in ipſis eccleſiis, de vita, conuerſacionibus, moribus & ydoneitate, aut ceteris circumſtantiis Vicariorum ſuorum, de anno in annum inquiſicionem habeant diligentem, & ſi forte quemquam ipſorum comprehenderint incontinentie morbo publico laborare, aut concubinam ſuam manifeſte contra ordinis clericalis decenciam retinere, a tempore, quo ad ipſorum noticiam pervenerint, noſtris deferant auribus infra menſem, alioquin ipſa perſona vel Rector, qui premiſſa non obſeruauerit, tamdiu ab officio ſuſpendatur, quouſque eiusdem Vicarii ſui delictum emendandum nobis detulerit, vt eſt premiſſum.

XII. De Cappellanis.

Inſuper quamvis capellanie ſeu primiſſarie intra limites parochialium eccleſiarum fundate, dotate, & quocunque titulo vel colore confirmate, iuxta confirmacionum ſuarum ſeriem & tenorem ac iuris communis diſpoſicionem parochialibus eccleſiis non debeant aliquatenus preiudicare, quin ymo Capellani & premiſſarii pro tempore in eiſdem conſtituti, iuxta confirmacionum earumdem formam, eiſdem parochialium eccleſiarum rectoribus atque plebanis certis temporibus, ac quotiens requiſiti fuerint, in executione cure aſſiſtere, illisque in licitis & honeſtis obedire, ac reuerenciam debitam exhibere teneantur; Nihilominus tamen non nulli noſtre dioceſis capellani & primiſſarii in derogacionem, & preiudicium parochialium, de iuribus parochialibus ſe intromittere, ac talia, que ad plebanos, ſeu rectores parochiarum ſpectare dinoſcuntur, exercere, ipſisque

que Rectoribus, ſeu plebanis in premiſſis & aliis licitis & honeſtis obtemperare (*renuunt*) ac contra eoſdem ceruicem erigere, quin ymo non nulli ex eiſdem dimiſſis altaribus, in quibus beneficiati exiſtunt, alibi maxime pro queſtu diuina celebrare preſumunt, ac contra fundatorum ſuorum beneficiorum, ac confirmacionum intencionem, & voluntatem horam celebracionis, in ipſis confirmacionum literis comprehenſam, pro ſuo libitu immutantes miſſas indebitis ſtudent temporibus celebrare, in parochialium eccleſiarum derogacionem, contra fundatorum ipſorum beneficiorum mentem, ac confirmacionum literarum vilipendium, & contemptum. Vnde ne premiſſa a modo tranſeant impunita, ipſa de cetero fieri preſentibus inhibemus. ſtatuentes, quodſ predicti primiſſarii, ac Capellani per Rectores ſeu plebanos requiſiti & moniti iuxta fundacionum, ac confirmacionum ſuarum literas predicta ſua beneficia horis, locis, & temporibus competentibus inofficiare, ac in exercicio cure ipſis Rectoribus ſeu plebanis aſſiſtere, illisque obtemperare ac debitas reuerencias exhibere recuſauerint, & de iuribus parochialibus ſe intromittere preſumſerint, ut prefertur, niſi moniti, & requiſiti reſipuerint infra dies, eo ipſo ab ingreſſu eccleſie ſint ſuſpenſi, grauia, pro modo culpe per nos aut Vicarium noſtrum caſtigandi, & puniendi, prout qualitas negocii exegerit, & ordo dictauerit iuris.

XIII. Vt ſolus Sacerdos miſſam non celebret.

Cum indecens ſit, vt ſolus Sacerdos absque ſcolare & miniſtri ſuffragio miſſarum ſolemnia, & alia diuina officia exequatur, ſtatuimus, vt ſacerdos quilibet in parochiali eccleſia conſtitutus de ſcolari ſibi prouideat, infra menſem, qui in diuino officio peragendo cooperator ſuus & coadjutor exiſtat.

Vt

XIV. Vt ornamenta eccleſiaſtica munda conſeruentur.

In cunctis eciam eccleſiis criſma, oleum & eukariſtia ſub firma clauſura fideliter ſeruetur, ne poſſit ad illa manus temeraria extendi ad aliqua horribilia & nepharia perpetranda. Verum quia nonnulli Vicarii & Rectores eccleſiarum non ſolum eccleſias dimittunt incultas, ſed & vaſa miniſterii & veſtimenta ac pallas altaris, nec non ipſa corporalia tam immunda relinquunt, quod intuentibus ſunt horror, cumque intueatur abſurdum in ſacris ſordes relinquere, que dedecerent in prophanis; ſtatuimus, vt Vaſa, corporalia, & alia ornamenta predicta, nec non & ipſa oratoria munda & nitida ſeruentur, alioquin ſi quem circa premiſſa, aut circa aliquid premiſſorum inuenerimus negligentem, LX. den. nobis exſoluere tenebitur, ad vſus fabrice noſtre eccleſie conuertendos. Et ſi ulterius in tali negligentia perſtiterit, ad noſtrum arbitrium ſubiaceat vl, cioni. Quod autem execucioni debite demandetur, volumus & ſub anathematis intimacione diſtricte precipimus & mandamus, vt quilibet decanus, & Camerarius omnes eccleſias ſui Decanatus bis in anno circumeat, diligencius inueſtigent, an ſacerdotes oratoria, corporalia, Vaſa altaris, pallas, calices, veſtimenta, & ornatus eccleſiarum munda & candida conſeruent, an lumina tam debita, quam conſueta in eccleſiis accendantur, an hoſtia ſalutaris cum reuerencia (cum ſit candor lucis eterne & ſpeculum ſine macula) in vaſe mundo & candido velamine ſuperpoſito habitu decenti ad infirmos deportetur, & referatur, an Eukariſtia, que pro nobis frequentius ymmolatur, in loco mundo, & ſingulari ſollicite ſignato fideliter conſeruetur. an oleum ſanctum & criſma ſub diligenti cuſtodia collocentur, ne manus temeraria, ad exercenda horribilia & nepharia per-

preſumcione damnabili ad id ſe extendat, & quoſcunque in predictis deinceps negligentes inuenerint, ab ipſis ſummam predictam exigant, & ad ſolvendum per cenſuram eccleſiaſticam compellant, minus cautos, nec ſe in eo corrigere volentes noſtris auribus deferendo, atrocioribus, & grauioribus penis, privacionis, vel depoſicionis, ſi ſe non correxerint, non inmerito puniendos.

XV. De Rebus eccleſie non alienandis.

Eccleſiarum indempnitatibus & periculis occurrere cupientes, ne ea, que pia fidelium deuocio contulit, noſtris temporibus diſſipentur, ſtatuimus, vt nullus abbas, Prepoſitus, Decanus, Prior, Rector, Collegium, vel capitulum ab eccleſiis de rebus eccleſiarum, vel monaſteriorum vi dominii vel proprietatis, vel qui quantum ad ius precariorum, emphiteoſ. iure perſonali, cenſuali, feodali, vel quocunque titulo ſeu colore queſito, perpetuo vel ad tempus, niſi de conſenſu & auctoritate noſtra ex cauſa neceſſaria vel vtilitate euidenti, noſtra licencia petita ſpecialiter & obtenta, quidquam alienet, vendat, diſtrahat, diſſipet, vel remoueat, contractus vero niſi ſeruatis premiſſis celebratos eo ipſo decernimns irritos & inanes. Nichilominus prelatus vel adminiſtrator, vel alius, qui preeſt, vel alio quocunque nomine cenſeatur, vel ſingularis perſona, non obſeruans, excommunicacionis ſentenciam ipſo facto incurrat: collegium vero vel canonicus predicta faciens vel conſenciens, eccleſiaſtico ſubiaceat interdicto.

XVI.

XVI. De occupantibus bona eccleſiarum vacancium.

Intelleximus, quod dolentes referimus, quoſdam eccleſiis, que vacacionis ſue tempore coguntur incommoda lamentabiliter deplorare ſatis & inhumaniter afflictionem afflictis addere, quibus eſſet compaſſionum viſceribus ab omnibus Xi fideli_ bus pocius miſerandum, Cupientes igitur indempnitati, remedio prouiſionis occurrere, ſtatuimus, vt nullus eccleſiaſticus vel ſecularis, cuiuſcunque condicionis, aut ſtatus fuerit, Eccleſiarum vacancium, ſeu bona clericorum decedencium rapiat, diſſipet, aut inuadat, nec ſubtrahat quoquomodo. ſi quis autem contra quocunque queſito colore fecerit, preter penas, quas incurrit ex iure communi, decedens cadauer eius, quod pocius eſt in ſterquiliniis canina ſepultura, vel aſinina tumulandum, non tradatur eccleſiaſtice ſepulture, viuens autem cum tota ſamilia ſua, poſtquam niſi reſtituerit, remoueatur penitus a diuinis, donec ablata reſtituerit vniuerſa. Preterea diſtricte precipimus, vt clerici, qui defuncto ſuccedunt, vel preficiuntur eccleſiis vacantibus, de nouo ſingula, que predeceſſoribus vel eccleſiis ablata fuerint, omni diligencia iuris, & iudicis remedio ſtudeant, & laborent recuperare. Qui ſi negligentes ſe exhibuerint aut deſides in premiſſis, ad arbitrium noſtrum non inmerito pene grauiſſime ſubiacebunt.

XVII. Quod Clerici non recipiant Laicos defenſores.

Ad aures noſtras veridica relatione deuentum eſt, quod quidam prelati, & Clerici preter conſenſum & voluntatem noſtras eccleſias nec non & perſonas ſuas Laycis ſubmittere & ſubicere contra canonica ſtatuta non verentur, quod in preiudicium & jacturam eccleſiarum & priuilegiorum libertatis

XXI. De pena Clericorum Vſurariorum.

Decernimus, quod ſi quis conſtitutus in clero deteſtando Vſure lucro inſtiterit, pro omni vice, qua denarios uel rem aliam dederit ad uſuram, vel ſimulatum contractum in fraudem fecerit vſurarium, & quod accepit, reſtituat, & quinque libras denar. auguſtenſ. pena plectatur, & nihilominus alias puniatur ſecundum canonicas ſancciones.

XXII. Vt nullus Clericus iuret in curia ſeculari ſine licencia ſui epiſcopi.

Precipimus, quod nullus Clericus iurare preſumat teſtimonium perhibendo, vel alia quacunque cauſa, in aliqua curia ſeculari, ſine noſtra, vel noſtri Vicarii licencia ſpeciali ſtatuentes per penam duarum librarum denar. Auguſteuſ. contra faciens paciatur in quantum ex tunc condempnatus eundem infra decem dies noſtre camere perſoluendam.

XXIII. Vt clerici tabernas vitent.

Ut per bonam conuerſacionem Clericorum uita a laicorum moribus diſcernatur, ac opportunitas peccandi licencius auferatur, ſtatuimus, quod omnes Clerici cujuſcunque preeminencie & ſtatus fuerint, omnes tabernas, locaque tabernis deſeruiencia, cauſa ludendi & bibendi prorſus euitent, niſi cauſa neceſſitatis in itinere conſtituti. nullus cauponem ſibi conſtituat hoſpitem, in domo ſua domicilium collocando, vel manſionem, ſeu habitacionem ſibi eligendo, ſicut quidam moribus indecori per abuſum facere conſueuerunt. ſed celeſtes milites inuicem maneant, ut per actuum lucem bonis operibus informen-

mentur. Si quis uero exceſſerit in premiſſis in tabernis bibendo, vel cauponem hoſpitem eligendo, ad taxillos in taberna ludendo, per tres hebdomadas continuas ab officio ſuſpendatur, & ſi ſepius diuinis ſe ingeſſerit, tribus diebus in pane ieiunet & aqua.

XXIIII. De Scolaribus vagis reprobandis.

Vt maliciis hominum occurratur, & ne error cui non reſiſtitur, approbetur, hac edictali decernimus ſanccione, ut nemo Clericus, dignitatis, ordinis cuiuſcunque, vagis Scolaribus, qui *buſones* & *goliardi* nuncupantur, ſeu fiſtulatoribus, ioculatoribus, ſiue hiſtrionibus, ſeu aliis vanis, & reprobatis actibus inſiſtentibus, niſi literas noſtras patenter exhibeant, quocunque colore queſito, modo vel forma, directe vel indirecte, in ſpeciebus, vel in pecunia numerata, extrema duntaxat neceſſitate excepta, quicquam tribuat, vel largiatur, ne eos in ſua peruerſitate fouere videamur. Nam utilius eſurienti panis tollitur, quam quod ſalus anime negligatur. Si quis vero deliquerit in premiſſis, a diuinorum celebracione per menſem integrum ſit ſuſpenſus, & libram hallenſium nobis vel cui deputauerimus, exſoluere teneatur.

XXV. De conſecracione & collacione Sacramentorum.

Si Sacramenta, que ſunt vaſa ſalutis, & anime medicina, per errorem conferantur, grex domini, quem acquiſiuit ſanguine pretioſo lamentabiliter decipitur, hereſesque latenter incipiunt pullulare, Volentes igitur deteſtabili quorumdam ignorancie remediis occurrere competentibus, ſtatuto preſenti declaramus, ut quilibet ſacramentum baptiſſimi potiſſime neceſſarium

rium ad ſalutem, deuote cum intencione affectuque ſincero conferat, ut verba, que ſunt de ſubſtantia & eſſentia baptiſmi, videlicet: *ego baptizo te in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti*, ordinate proferat diligenterque cuſtodiat, & obſeruet, ut tempore prolacionis eorundem verborum, is qui baptizatur, ſit in lauacro regeneracionis conſtitutus actualiter & immerſus. Preterea cum penitencia, ſecunda poſt naufragium tabula, omnibus adultis plerumque ſit neceſſaria, in qua ſunt ſacerdotes Dei adiutores, executores, & interpretes, digne duximus ſtatuendum, ut ſacerdos in abſolucione penitentis hec nullatenus pretermittat. *Ego abſoluo te in nomine Patris, & filii, et ſpiritus Sancti.* Inſuper ut ubi periculum magis vertitur caucius agatur, preſertim in Eukariſtie Sacramento, quod capiti membra coniungit, in quo tanquam in terminis ſatiſfaccionis cuiuſlibet, ſatiſfaccionis excellentia criminatur, ubi panis angelorum humano generi miniſtratur. Statuimus, ut nullus eleuet hoſtiam vel calicem in miſſa, niſi verba conſecracionis prius penitus ſint prolata, Volumusque ut totus tenor canonis ordinate, & diſtincte legatur, & recitetur ſubmiſſa voce, ne a quouis circumſtancium audiatur, quid enim domino pro delictorum expiacione dabitur, ſi in ipſa ſacrificii oblacione erratur?

XXVI. De Confeſſionibus audiendis.

In confeſſionibus audiendis illam precipue diligenciam Sacerdotes obſeruabunt, ut a penitente vſitata & cummunia peccata ſingillatim, inuſitata vero per quaſdam circumſtancias caute perquirant, ne inexpertis detur materia, quod ante neſcierant perpetrandi. Et quia plerumque infirmi peccata ſua confiteri

in

in multorum preſencia erubeſcunt, a Sacerdotibus diſtricte precipimus obſeruari, ut primo familiariter & ſecrete audiant confeſſionem infirmi, ſi mortis periculum non obſtat, & poſtea ad eum deferant Eukariſtiam cum tanta veneracionis reuerencia, ut exinde non ſolum recipientibus, verum eciam videntibus fides & deuocio augeatur. In congruenti loco eccleſie & ſuſpicione carente ſedeant Sacerdotes cum confeſſionem audiunt, & pacienter in ſpiritu lenitatis audiant, & inſtruant confitentem. In ſatiſfactionibus vero iniungendis maiora maioribus obſeruentur, in minoribus autem ſecundum quantitatem culpe, & qualitatem delinquencium ſe teneant atque regant, ante omnia penitentibus iniungant, ut ſi poſſint, ablata reſtituantur, cum alia eis nulla ſatiſfaccio prodeſſe valeat ad ſalutem quia non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum Caueant autem Sacerdotes, ne verbo, ſigno, aut alio quouis modo prodant aliqualiter peccatorem, ſed ſi prudenciori conſilio indiguerint, illud abſque vlla expreſſione perſone, caute requirant, quoniam qui peccatum in penitenciali foro ſibi detectum preſumpſerit reuelare, non ſolum a ſacerdotali officio deponendum decernimus, verum eciam ad agendam penitentiam in artum monaſterium detrudendum. Prohibemus eciam, ne quis Sacerdotes expreſſis nominibus de aliorum peccatis inquirat.

XXVII. Vt quilibet Chriſtianus ſemel in anno confiteatur ſuo ſacerdoti vel alteri.

Item cum omnis Xtianus vtriuſque ſexus annos diſcrecionis habens omnia ſua confiteri peccata annis ſingulis teneatur, ſtatuimus & uniuerſos noſtros ſubditos commonemus, ut quilibet homo vtriuſque ſexus maior XIIII. annis ſaltem ſemel in

anno

anno omnia ſua peccata teneatur ſuo proprio Sacerdoti vel alteri presbitero de ſuperioris Licencia vel noſtra ſpeciali confiteri, & ſi dignus fuerit recipere Eukariſtie ſacramentum. de confeſſione autem facta, & penitencia ſic accepta ab alio ſacerdote, vnuſquiſque ſuo preſbitero vel prelato proprio fidem faciat relacione & nuncio fide digno, aut literis confeſſoris, alioquin ab eccleſie repellitur ingreſſu viuens, & moriens Xiana careat ſepultura.

XXVIII. Caſus in quibus ſimplices Sacerdotes non poſſunt abſoluere, & ne rebus vagis ſe intromittant.

Ut autem Sacerdotes ſciant in penitenciis & ſatiſſactionibus iniungendis que ad eos ſpectare noſcuntur. Nouerint, quod hec ſunt, ad que ad ſimplices Sacerdotes manus nullatenus extendere debent. Vt nullum vnquam abſoluant excommunicacionis vinculo irretitum, preterquam in articulo mortis. Beneficium poſſidentem contra canonicas ſancciones. Et qui manus in Clericum vel religioſam perſonam iniecerit. Irregularem, Incendiarium, blaſphemum Xi nominis vel ſanctorum. Falſum teſtem vel periurum. parricidam, homicidam, ſacrilegum, inceſtuoſum, peccantem contra naturam, corruptorem Sanctimonialium, Qui tenetur ad vagas reſtitutiones, ſcienter ferentes iniquas ſententias, oppreſſores filiorum, fractorem ſeu Uiolatorem Voti, Symoniacum in ordine vel beneficiis, & quemuis alium criminibus enormibus irretitum. ſed ipſos nobis abſoluendos tranſmittant, ut diſponamus de ipſis, prout iuris fuerit. & conſonum racioni. ſub pena eciam excommunicacionis late ſentencie prohibemus, ne quiſquam Sacerdotum cuiuſcun-

cunque condicionis fuerit, ſiue ſtatus ſecularis, ſiue eciam regularis, ſe de vagis reſtitucionibus recipiendis, diſpenſandis, ſeu eciam diſtribuendis aliqualiter intromittat, cum eciam diſpenſacio, ſeu eciam diſtribucio iure communi ſolis epiſcopis competere dinoſcatur.

XXIX. De Queſtionariis.

Quamuis non in ſermone ſed in veritate (*virtute*) regnum conſiſtere dinoſcatur, quidam in loquacitate facundie eſtimantes queſtum pietatem, ſoliti fingere, conſciencie bone ſignum, terminos eis conſtitutos in ſalutis ſue diſpendium, & ſcandalum plurimorum, contemptum clauium, tranſgredi non verentes, intencionem dancium elemoſinas crudeliter defraudant; ſane eorum peruerſe voluntati ſalubri cupientes occurrere remedio, decernimus, ut hij, qui preſunt eccleſiis, quocunque titulo, nullum in eccleſia vel plebe ſua occaſione quarumcunque literarum, petere vel colligere permittant elemoſinas, niſi literis eorum exacta diligencia perſpectis eis apparuerint, quod ſint vere, & quod auctoritas eorum duret, quo comperto, nulla que porcione penitus exquiſita vel exacta, cuius ſi contra fecerint, triplum reſtituere teneantur ad vſus, quibus elemoſina fuerit deputata remiſſione colligencium minime profutura, & tunc preter hoc in literis exhibitis continetur, nichil proponere permittat, nullum queſtorem, religioſum ſeu clericum ſecularem, vel hoſpitalarios, & alios quoſcunque, vel cuiuſcunque condicionis & ordinis extiterint, tempore interdicti permittant in ſuis eccleſiis ſolenniter celebrare, niſi ſuper hoc literas noſtras exhibeant ſpeciales, & ne per importunitatis audaciam fiant, qui nequam fuerint, nequiores, & ne peruerſitas tranſeat pre-

ſumtoribus in exemplum, omnibus prelatis, Rectoribus eccleſiarum, & Vicariis ſub anathemate & excommunicacionis pena diſtricte mandamus vt omnes falſos queſtores, qui literas per omnia ſaluas non exhibuerint, detineant, & captiuent, ipſosque nobis tranſmittant, quod pocius ſint vindicte ſpeculum quam offenſe.

XXX. Ne quis Sacerdos de cauſis matrimonialibus cognoſcat.

Hominum doctrinam vehementer confundit, cui condicio ſua diſplicet, immiſcendo ſe rei que ad ſe non pertinet. Statuimus ergo, ut nullus prepoſitus, abbas, decanus, capitulum, conuentus Vicarius, Sacerdos, vel alius quicunque clericus, cuiuſcunque condicionis vel preeminencie fuerit, directe vel indirecte &c cauſis matrimonialibus, eorum impedimentis & omnibus quomodocunque cauſas matrimoniales contingentibus, ſine iuſſu noſtro, vel noſtrorum iudicum ſpeciali cognoſcere preſumat, & aliquid definire, cum maiores adeo cenſeantur cauſe, que nonniſi per diſcretos iudices, qui poteſtatem habeant iudicandi, & ſtatuta canonica non ignorent, debeant terminari Si quis autem proprie ſalutis immemor delinquat in premiſſis, preter penas, que (*quas*) iudicibus male iudicantibus infligimus, cum ſtultus melioris condicionis quam peritus non exiſtat, per ſex menſes ab officio ſit ſuſpenſus, penamque pecuniariam exſoluat, quam pro qualitate delicti duxerimus moderandam.

XXX. De Leproſis per ſacerdotes non iudicandis.

Quoniam eo ſpirante, qui ſingulis diuidit, prout vult, in arte ſua quiſque ſapiens eſt, expertisque credendum, pru-

prudencia dogmatizat; Idcirco ſcandali volentes tollere materiam, querelanciumque frequenciam, preſenti ſtatuimus edicto, ut nullus deinceps quocunque modo vel forma quemquam Leproſum decernere vel iudicare preſumat, vel ab hominum comunione ſeparare, ſed orta fama contra aliquem, quod ſit percuſſus morbo lepre, noſtre tranſmittantur audencie, velut ad Sacerdotes leuitici generis, examini medicorum ſubiciendi, an rumori veritas ſuffragetur, niſi caſus ſit adeo indubitatus, quod tergiuerſacione nequeat occultari, puta, cum infirmus aperte profitetur, ſe manum domini tetigiſſe, Si quis autem premiſſorum temerarius extiterit violator, ſi vniuerſitas eſt, vel collegium, Interdicti, ſingularis vero perſona excommunicacionis ſentencie ſe nouerit ſubiacere.

XXXII. De Obſeruacione Interdicti.

Quoniam iuris apices non omnibus innoteſcunt etiam circa ea, que frequenter emergunt, ne ſimplices propterea periculum incidant, & irregularitatibus ſe inuoluant, ad plenam ſacerdotum inſtruccionem & ſalubrem informacionem, qualiter tempore interdicti ſe gerere debeant & habere preſenti declaramus ſtatuto, ne frigeſcat caritas, ne pullulent hereſes, quod tempore interdicti ab homine vel a iure prolati, tam ſani, quam infirmi ſunt ad penitenciam admittendi, niſi fuerint excommunicati vel interdicti, vel quorum dolo, vel culpa, auxilio, conſilio vel fauore latum extitit interdictum, quibus tamen viaticum & baptiſma paruulorum & penitencia moriencium concedantur. Nullus inungatur, vel tradatur eccleſiaſtice ſepulture, preter Clericos, qui ſeruauerint Interdictum, niſi & ipſi nominatim fuerint interdicti, excommunicati,

ti, vel ſuſpenſi: quod ſi non fuerint ſentenciis innodati, in cimiterio eccleſie ſine campanorum pulſione, ceſſantibus ſolennitatibus cum ſilencio tumulentur. Inſuper Sacerdotes ſine ſcrupulo conſciencie ſemel in ebdomada poſſunt viros & mulieres ad eccleſiam conuocare, & exponere verbum Dei Mulieres poſt partum non introducantur. Nuptie non benedicentur, nec aqua benedicta populus aſpergatur. Singulis diebus in eccleſiis & monaſteriis miſſe celebrentur, & diuina dicantur officia, ſicut prius, ſubmiſſa voce, ianuis clauſis, excommunicatis, & interdictis excluſis, miniſtris altaris duntaxat exceptis, & omnibus aliis, niſi ſuper hoc priuilegium exhibeant ſpeciale, campanis non pulſatis, bini vel bini vel inſimul tres horas canonicas legere poſſunt, ita, quod vox eorum extra eccleſias nullatenus audiatur. In feſtiuitatibus Natalis dom. Paſce, Pentecoſtes, & aſſumptionis beate Virginis a Veſpera Vigilie uſque ad veſperam incluſiue feſtorum predictorum dierum campane pulſentur ianue aperiantur, & diuina officia ſolenniter celebrentur, excommunicatis prorſus excluſis, Interdictis admiſſis, qui ſi cauſam Interdicti dederint, altari nullatenus appropinquent, nec illis feſtiuitatibus ſepeliantur corpora defunctorum in eccleſia humano ſemine vel ſanguine polluta diuina nullatenus celebrentur, cum a iure ſit interdictum, ne quiſquam ipſius cimiterio contiguo tumuletur.

XXXIII. Ne quis exequatur ſentencias iudicum delegatorum falſorum.

Quoniam lenta virtus eſt & coniectatrix qui ante iudicat, quam incipiat (*inſpiciat*) quid ſit licitum, quid expediens, quid honeſtum; Quare generali conſtituimus ſanccione,

ut

ut nullus quorumcunque delegatorum ſentencias vel proceſſus, niſi de iurisdiccione eorum nobis vel iudicibus curie noſtre facta fuerit plena fides, exequatur, obſeruet, aut faciat obſeruari, alioquin leſe (f. ipſe) ad reſtitucionem damnorum, expenſarum, & intereſſe modis omnibus teneatur, percellaturque vindicta, que pro grauioribus tranſgreſſoribus irrogatur.

XXXIIII. Iudicum ſentencie exequende ſunt & mandata.

Sunt nonnulli, qui ſuper cauſis, queſtionibus, ſeu aliis negociis, ab apoſtolica ſeu metropolitana ſede literas habere ſe aſſerunt impetratas, per quas interdum ante ipſorum exhibicionem noſtre ciuitatis, & dioceſis tam clericos, quam laicos inquietant multipliciter, & variis afficiunt laboribus & expenſis, que poſtquam exhibite fuerint, falſe, ſubrepticie, ſeu alias vicioſe adeo euidenter apparent, quod propter defectum eorum notabilem nulla eciam iuriſdiccio per ipſas competit delegatis, ad quos litere huiuſmodi ſunt directe. Et quia defectus, ſeu falſitas hujuſmodi a ſimplicibus & iuris ignaris diſcerni quandoque non poteſt, & faciliter deprehendi, cum interdum expertos lateat, & peritos: Quidam eciam noſtre dioceſis Sacerdotes, quibus ab huiuſmodi delegatis iniuncta ſibi fuerint, cum reuerencia exequuntur, cumque poſtea pronunciata fuerint, reperiuntur inualida, & error, ac confuſio frequenter inducitur, & tam in clero, quam in populo Scandalum generatur; Nos vero huiuſmodi fraudibus congruo volentes obuiare remedio ſtatuimus, & uniuerſe iuriſdiccioni noſtre ſubiectis diſtricte precipiendo inhibemus, ne de cetero aliquis ad exequendas ſentencias ſeu publicandas, monita vel precepta cuiuſ-

cuiuſcunque iudicis extraordinarii per noſtras ciuitates & dioceſin quoquo modo procedat, niſi prius literas, per quas iuriſdiccionem ſibi vendicat, idem iudex per nos, officiales noſtros, & alios, quos ad hoc deputauerimus, examinate fuerint, & vere appareant, ne de aliquo falſitatis vicio valeant reprehendi: niſi forſitan contra nos ipſos aut capitulum noſtrum huiuſmodi litere eſſent impetrate, vel niſi ſuper appellacione a nobis ſeu premiſſis officialibus noſtris interpoſita, literas impetrari contigerit, in quibus caſibus non ad nos ſed ad alios examinacio huiuſmodi literarum & approbacio pertinebunt. Per hanc eciam conſtitucionem noſtram illis, contra quos premiſſe litere impetrantur, non preiudicatur, quin eciam poſt examinacionem noſtram ipſas per excepciones valeant & obiecciones ipſi voluerint inpugnare.

XXXV. De Sacerdotibus ſuſpenſis, excommunicatis vel interdictis celebrantibus.

Qum propter quorumdam inobedienciam ſacerdotum, qui ſuſpenſi, excommunicati, & interdicti diuina heu officia celebrare ymmo pocius prophanare, & latas in alios huiuſcemodi ſentencias, prout a nobis ſeu aliis iudicibus competentibus ipſis iniungitur, non obſeruant, cenſura vileſcat eccleſiaſtica, & graue apud Laicos ſcandalum generetur, Volumus & diſtricte precipiendo mandamus, ut non ſolum Decanus, & Camerarius loci, verum eciam duo Sacerdotes iurati, qui in ipſo decanatu fuerint, membrum hujuſmodi dyabolicum a tempore, quo premiſſus exceſſus ad eorum noticiam peruenerit, nobis deferant infra menſem a dioceſi excludendum, alioquin ex tunc, cum non careat ſcrupulo ſocietatis occulte, qui manifeſto

nifeſto facinori deſinit obuiare, quicunque de preſatis & quotieſcunque circa delacionem huiuſmodi ſe exhibuerit negligentem, nobis vnam libram *Hallenſium*, nomine pene, exoluere tenatur.

XXXVI. De Laicis, qui tempore interdicti tumulant corpora mortuorum.

Inſuper quidam Laici officium Sacerdotum, ymmo quod Sacerdotibus eſt prohibitum, propria ſibi temeritate vſurpant, vt videlicet tempore interdicti in cimiteriis, & locis ſacratis ſepeliant corpora defunctorum; Quia igitur tales non ſolum contra iudicem & ſuperiorem, qui Interdicti ſentenciam promulgat, uerum eciam contra proprium Sacerdotem, & eccleſiam, cuius emunitatem violant, delinquunt grauiter, & excedunt, ſtatuimus & ſub pena excommunicacionis diſtricte precipiendo mandamus, ut quicunque amodo in hoc excedere ſua temeritate preſumpſerit, ſeu auctoritatem preſtiterint preter ſatiſfaccionem Superiori ſeu iudici inpenſam, ſeu eciam inpendendam, chriſtiana careant ſepultura, quouſque de uiolencia & iniuria irrogata ipſi eccleſie, cuius emunitatem violare taliter preſumpſerit, debite ſatiſfaciat, ne ipſam penam tam inopinate incurrant, preſentem conſtitucionem ſubditis veſtris ſepius publicari volumus, & mandamus.

XXXVII. De Captiuatoribus Clericorum.

Quia Prelati & Clerus noſtre dioceſis a non nullis filiis perdicionis multipliciter contra libertatem eccleſiaſticam aggrauantur & quia noua contra nouos morbos oportet anthi-

tota

turis. Decani quoque & eorum confratres in aliis locis noſtre dioceſis requiſiti predictos ſacrilegos ab omnibus ſuis ſubditis excommunicatos denunciari faciant publice ſingulis diebus dominicis & feſtiuis, donec captiuus liber & indempnis cum debita ſatiſfaccione neglecta non obtinuerit ſe abſolui, Ex tunc ab omnibus feodis cadat ipſo iure, que a quibuſlibet eccleſiis noſcitur obtinere.

XXXVIII. Ne Clerici ad iudicia ſecularia trahantur.

Racionis ordo confunditur, ſi cuiquam ſua iuriſdiccio non ſeruetur, digneque ſeruus ſuo domino ſtat aut cadit. Quapropter cunctis perſonis eccleſiaſticis, collegiis, & vniuerſitatibus, canonicatibus & ſingulariter vniuerſis laicis quocumque nomine cenſeantur, preſenti ſtatuto precipimus, ne clericos ordinis cuiuſcunque, vel perſonas eccleſiaſticas quocumque colore queſito trahere preſumant ad examen cuiuſcunque iudicis ſecularis. Judex citacionis edictum vel ſue cognicionis officium nullatenus interponat, & ſi ſecus preſumpſerit tam actor, quam iudex ſentenciam excommunicacionis incurrat ipſo facto, numquam ad abſolucionis beneficium admittendi, donec parti ſeſe de iniuriis & expenſis curauerint ydonee vel ſatiſfecerint competenter eſtimacione & declaracione coram nobis vel iudicibus noſtris facienda ſaluis conſtitucionibus alias ſuper hoc caſu promulgatis.

XXXIX. Vt Clerici fideliter mandata iudicis exequantur.

Quoniam parum eſt iura condere, niſi ſint, qui ea fideliter exequantur, quibus eciam promulgatis ſancti ſpiritus in-

ſtinctui magis oportet quam hominibus obedire, cum grauius ſit eternam, quam temporalem ledere maieſtatem. Quare plurimorum querelis pulſantibus aures noſtras attencius excitati deffinimus & ordinamus, vt omnes & ſinguli Clerici tam noſtra, quam iudicum noſtrorum iuſſa, precepta, mandata, ſentencias & proceſſus, cuiuſcumque continencie fuerint vel tenoris, deuote recipiant, & fideliter exequantur, & contra nuncios & portatores earundem literarum ad vindictam ſeu mali illacionem nullatenus procedant, nec moleſtie quitquam ingerant, nec quitquam ad hoc qualitercunque excitent vel inducant, & quicunque proprium habuerint ſigillum in ſignum execucionis celebracione literas muniant, & conſignent. Si quis autem hac ſalubri prouiſione contempta vel neglecta deliquerit in premiſſis, ſeu quolibet premiſſorum parti leſe ad reſarciendum dampna, expenſas & intereſſe ad arbitrium noſtrum vel iudicum noſtrorum premiſſa taxa contra quantum in litem iurauerit, condempnetur, aliasque ſatiſfaciat, prout proteruitas exegerit contumacis. Volumus & ordinamus, vt quilibet in ſui ſtatus prerogatiua proprium ſigillum ſibi comparet, ipſoque legitime perfruatur ſub pena ſuſpenſionis nullas ſigillando literas, niſi de quibus ſibi plene conſtiterit, quod ſint vere, ne tamquam falſarius puniatur.

XL. Vt habeatur copia ſtatutorum.

Ne de publice geſtis quiſquam ualeat ignoranciam allegare, Volumus & preſenti ſtatuto mandamus, ut quilibet Decanus ſeriem & ordinem ſtatutorum preſcriptorum habeat de verbo ad verbum infra duos menſes a datis preſentibus, quantauis occaſione remota, ipſaque quater in anno, in generali con-

conuocacione fratribus conuocatis ſolenniter prelegat & publicet, ſeu publicari faciat in communi. Si quis vero predictorum extiterit Violator, priuationem officii & beneficii ſe nouerit incurſurum.

Articuli per Decanos iurandi.

Decanus per dioceſin Auguſtienſem conſtitutus in ſue recepcionis principio iurare debet, vel ſaltem fidem dare, vice vel loco iuramenti, quod ſine dolo & fraude obſeruet articulos infra ſcriptos.

Primo quod domino Epiſcopo Auguſtenſi obediens exiſtat, eiuſque mandata & ſuorum iudicum reuerenter accipiat, atque cum beneuolencia exequatur pro poſſe ſuo efficaciter adimpleat, & alias ſuum officium fideliter exequatur.

Item quod conſtituciones ſynodales per epiſcopos Auguſtenſes factas vel approbatas firmiter obſeruet, & ab aliis confratribus ſui Decanatus iubeat inuiolabiliter obſeruari.

Item, quod Clericos in ſuo decanatu non portantes tonſuram vel veſtitum ſeu habitum ſuo ordini congruentem, vel alias uita, moribus conuerſacione, verbis & factis reprehenſibiles, ſcandaloſos, aliiſque malum exemplum prebentes, pro poſſe ſuo arguat, ſeu corripiat, & nihilominus illos, quos recorrigibiles nouerit, epiſcopo aut eius Vicario in ſpiritualibus denunciare, ſpecificando eorum perſonas & exceſſus quam cito potuerit nullatenus pretermittat.

Item. quod omnes Rectores plebanos ſeu Vicarios eccleſiarum ſui Decanatus ſingulis annis faciat ſibi in capitulo, &

conuocacione ipſorum oſtendere literas inueſtiture aut inſtituticionis canonice ſuorum beneficiorum, eosque qui non habuerint, aut noluerint, aut nequiuerint exhibere & ſimiliter beneficia in ſuo decanatu vacancia ſiue Rectores eccleſiaſticos non habencia infra menſem a tempore ſciencie vel noticie ſtudeat Epiſcopo vel eius Vicario realiter intimare.

Item que per totum ſuum Decanatum diligenter inquirat, aut inquiri faciat de criminibus eccleſiaſticis, de quibus principalius quam de aliis ſceleribus habet opus epiſcopus iudicare, uidelicet de hereſi, de adulterio, de matrimonio illicite contracto, de ſacrilegio, de Uſuris, nec non de Symonia, & quoſcunque indagauerit in hijs criminibus publice peccare, clericos vel laicos cuiuſcunque ordinis exiſtant, tales ad noticiam Epiſcopi vel eius Vicarii, quam cito potuerit deferat, perſonas eorum propriis nominibus; & cum ſpecificacione criminis deſignando explicite.

Inſuper quod adulteria, periuria, ſortilegia, & alia crimina maiora omni qua poſſit diligencia ab ipſius parochia & Decanatu prohibere nec non exterminare ſtudeat & laboret taliter vt exinde remuneracionis premium poſſit non immerito preſtolari.

Fruſtra Sanctorum Decreta canonum antiquis fuiſſent ordinata temporibus ſi eorum executio negligatur. Hinc eſt, quod nos PETRUS epiſcopus Auguſtenſis prenominatus ſtatuta Romanorum Pontificum, & preſertim moderni ſacri Concilii *Baſilienſis* de celebrandis conciliis diligenter cupimus obſeruari, noſtram dioceſanam Synodum in hac ciuitate Auguſtenſi per nos deo concedente deinde ſingulis futuris annis duximus celebran-

lebrandam quolibet futuro anno, eadem feria ſecunda poſt dominicam, qua in eccleſia dei cantatur *Miſericordia Domini* hora primarum incipiendo, & deo dante ſic ſingulos eadem continuatuors, quam & preſentibus omnibus duximus intimandam, & indicendam per preſentes, ipſam deinceps tempore & loco quo ſupra celebrandam intimamus & indicimus, ad quam conueniendam ex nunc ſub penis iuris ſingulos noſtre ciuitatis & diocefis Prelatos, decanos, preſbiteros & clericos quoſcunque & alios, qui de iure vel priuilegio, aut conſuetudine ad dioceſanam ſynodum ire & uenire teneantur, requirimus, citamus, monemus, & euocamus, quatenus ſinguli futuris annis tempore & loco, quo ſupra ad ipſam ſynodum perſonaliter eueniant & huic reuerenter interſint, niſi emergente cauſa, ut puta, peſtilencie vel guerre locum & tempus immutandum duxerimus, quam loci & temporis mutationem eciam congruo tempore noſtris literis vobis intendimus intimare & publicare Si quis autem illorum, qui Synodo intereſſe debent, aliqua vrgente neceſſitate prepeditus venire non poterit, ſit ſollicitus, quod per aliquem diſcretum de non veniendo excuſetur & de hys, que in ea acta fuerint informetur. Ingreſſi autem Synodum ſuperpelliciati & ſobrii, tam ſermones, quam alia, que ibi dicuntur, auſcultare ſeu aduertere debent tranquille & pacifice & quiete, & mandata ibidem facta cum diligenti ſollicitacione memorie recommendare & tempore ſuo execucioni mandare, non ſolum, niſi vrgente cauſa, ſynodum non exire, nec eciam a ciuitate auguſtenſi recedere ſub pena excommunicacionis ſine noſtra & Vicarii noſtri licencia ſpeciali.

Reuerendiſſimus in Xo Pater & dñs dñs PETRUS miſeracione diuina titulo S. Vitalis ſacroſancte Rom. Eccles. preſbiter Car-

Cardinalis & ſancte apoſtol. Sedis permiſſione epiſcopus *Auguſtenſis* Anno dom. M. CCCCLII. die Mercurii decima menſis Maij ſanctam epiſcopalem ſynodum in maiori Eccleſia Auguſtenſi cum Prelatis & Clero ſuo ad hoc congregatis propria in perſona legitime celebrans poſt ſolennitates, & ceremonialia ſolita ibidem rite premiſſa, & adhibita, poſt eciam exhortacionem ad abſtinendum a viciis & ſectandum bonos mores ac ad anhelandum ad ea, que pertinent ad eccleſiaſticam diſciplinam & officia ſingulorum, Primo & ante omnia ſaluberrima ſtatuta & decreta prouincialia nuper in prouinciali conſilio *Moguntino* ad diem dominicum poſt feſtum S. Martini de anno MCCCCLI celebrato canonice & legitime edita cum omni reuerencia & modo, & forma melioribus, quibus potuit ſolenniter acceptauit, & recepit, ac mandauit & precepit ea omnia ab vniuerſis ſibi ſubiectis inuiolabiliter & inconcuſſe obſeruari, atque fecit illa omnia & ſingula coram ſe publice legi & omnibus inſinuari, quorum tenores per ordinem ſecuntur in hunc modum.

Statuta prouincialia edita in concilio prouinciali Maguntino.

Primo ſinodus ipſa prouincialis acceptauit ordinacionem ſiue decretum ſacri *Baſilienſis* concilii, de prouincialibus & dioceſanis conciliis celebrandis editum, ac dudum per nacionem noſtram acceptatum, in antea practicari & obſeruari precepit, voluitque, quod quoad miſſas, letanias & oraciones cum ceremoniis per Reuerendiſſimum in Xo patrem domnum NICOLAUM tit. S. Petri ad Vincula Cardinalem apoſtolice ſedis per alamanniam legatum iam, obſeruatis de cetero ipſa pro-

uin-

uincialia concilia celebrentur & obſeruentur, prout & antiquitus fieri ſolitum & conſuetum fuit, que in libris ſtatutorum prouincialium ſcribi vult, & regiſtrari

Tenor ordinacionis ſiue Decreti concilii de Verbo ad Verbum ſecitur & eſt talis.

Pridem hec ſancta Synodus &c. *) vsque *in exemplum*

*) *legitur in actis concilii Baſileenſis ſeſs XV. Item in collectione concilior. Salisburg. pag.* 264. *noviſs. Edit.*

Item aliud ſtatutum prouinciale

ordinauit eciam libellum utilem & inſtructiuum per *S. Thomam* de *articulis fidei* & *Sacramentis* editum, in omnibus tam prouincialibus quam dioeceſanis ſinodis legi & ſingulis rectoribus parochialium eccleſiarum communicari *)

*) *Iſtud opuſculum ſeu Expoſitio exſtat inter opera Theologica S. Thomae Edit. Venetae de An.* 1747. *Tom. VIII. pag.* 45.

Innouacio antiquorum Statutorum prouincialium.

Innouat preterea omnia ſtatuta prouincialia per quondam bone memorie PETRUM GERHARDUM, aliosque & nunc modernum THEODERICUM Archiepiſcopos ſedis *Magutine* in unum volumen redacta & illa publicari atque ſeruari mandat prout in ipſis continetur ſtatutis.

De ſignis iudeorum.

Et quia in dictis ſtatutis inter cetera quoddam ſtatutum de Judeis & crucis Xi inimicis continetur, quod incipit; *licet olim*

olim &c. in quo mandatur ſub ceſſione diuinorum & ſubtraccionis communionis penis, quod iudei ſigna deferre debeant declarando adicit, ſignum illud eſſe debere circulum de filis croccis in veſte extrinſeca ante pectus, quoad maſculos, & due rige *) plauci coloris in pepulis mulierum, conformiter vt in vrbe romana, adicit eciam ſancta Sinodus capitulum: *Poſt miſerabilem. de Vſuris* illi ſtatuto eſſe annectendum & inſerendum & cum eo publicandum.

*) forte *rugae*, *plicae*, *falten*.

Textus capituli in propria forma.

Poſt miſerabilem. & infra. Judeos ad remittendas chriſtianis Vſuras per principes & poteſtates compelli precipimus ſeculares, & donec eis remiſerint, ab vniuerſis chriſti fidelibus tam in mercimoniis, quam in aliis excommunicacionis ſentenciam eis iubemus communionem omnimodam denegari.

De Clericis concubinariis.

Ceterum ſancta ſynodus conſtituit, quod ante omnia locorum ordinarii deteſtabile concubinatus vicium a clero extirpent, contra notorios concubinarios per penas iuris & in decretis Sacri *Baſilienſis* concilii & ſtatutis prouincialibus contentas, procedentes, quodque nihilominus huiuſmodi concubinarii publici a perceptione fructuum ſuorum beneficiorum ipſo facto ſint ſuſpenſi. Quin ymo ſpecialiter voluit, ne prelati, capitula, ſiue collegia ſub pena interdicti eiſdem taliter in concubinatu perſeuerantibus aliquos fructus adminiſtrent. Concubine vero ipſorum, ſi infra triduum requiſite ſe non elongauerint & abſceſſerint,

Mon. Rohr. Tab. III.



ſerint, excommunicacionis ſentenciam incurrant ipſo facto, ac nihilominus ſi in tali peccato perſeueranter deceſſerint, eccleſiaſtica careant ſepultura.

De mercato non habendo in diebus dominicis.

Circa abuſum preceptis diuinis contrarium quorumdam laijcorum, qui chriſtiana religione neglecta diebus dominicis & feſtiuis publice mercatum exercent, & lucris ac cupiditatibus non verentur inſiſtere, prouidens ſancta ſynodus mandat omnibus laicorum ordinariis, ut ſub pena ſuſpenſionis a perceptione Sacramentorum eciam priuacionis eccleſiaſtice ſepulture per eccleſias parochiales ſuarum dioceſium publice prohibeant, ne de cetero predictis diebus dominicis & feſtiuis quodcunque publicum mercatum rerum vendibilium, que ad vſum quotidiani victus neceſſarie non ſunt, quouis modo fiat.

De Queſtionariis (non) admittendis.

Abuſum queſtionariorum, qui quottidie excreſcit, volentes reprimere, mandat ſancta ſinodus, ne admittantur queſtionarii ipſi aliter, quam ſecundum formam iuxta diſpoſicionem iuris cum literis dioceſanorum, & ut via malicie eiſdem precludatur, curent locorum ordinarii in ſuis literis non formam iuris (*ſolum*) ſed eciam indulgencias, quas publicare valeant, exprimere, nec quitquam aliud, quam in eiſdem literis exprimitur, liceat dictis queſtionariis populo proponere.

De nouis fraternitatibus non inſtituendis.

Item ſancta ſynodus prohibet, ne de cetero admittantur quecunque noue fraternitates, ex quibus veroſimiliter detrahi

poſſit honori ſeu iuribus eccleſiarum parochialium. Quin ymmo vult, quod iam factis nullus adhibeatur fauor nec indulgencie eis concedantur.

